

MI-187

Therese
1773

~~San Francisco de S. Vicente.~~

Carmelitas

Descalzas

MANUALE
AD USUM
FRATRUM DISCALCEATORUM
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS
DE MONTE CARMELO
CONGREGATIONIS LUSITANÆ.

TOMUS I.

SIVE

PARS PRIMA,

IN QU A

AGITUR DE PROCESSIONIBUS

Juxta Rituale, & Missale Romanum, ac antiquam Ordinis
consuetudinem.

*Do Collegio de S. Ioseph de
Coimbra = 1838 =
Comendatary Descalcos*



OLISIPONE

EX TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DCC. LXXVIII.

Cum Facultate Regiæ Curie Censuriæ.



M A N U A L E

A D U S U M

FRATrum DISCALCEATORUM

BEATAE MARIE VIRGINIS

DE MONTE CARMELO

CONGREGATIONIS LUSITANAE

T O M U S I.

S I V E

P A R S P R I M A,

I N Q U A

AGITUR DE PROCESSIONIBUS

Inter Rhodios & Mithras Romanorum, ac antiquum Ordinis
constitutum.

Handwritten signatures and text in brown ink, including names like 'Carmelitas' and 'Lusitanae'.



O L I S I P O N E

E X T Y P O G R A P H I A R E G I A .

M. DCC. LXXVIIII.

Curae Facultatis Regiae Curiae Conpositae.





J. M. J.
PRIMA PARS
MANUALIS
SIVE
PROCESSIONARII.

CAPUT PRIMUM.

De Processionibus ordinariis.

Antiquum nostri Ordinis morem sequentes, in hoc nostro Manuali de Processionibus primo loco agendum duximus.

§. I.

Quando sit Processio facienda.

IN omnibus Conventibus hujus nostræ Sacræ Congregationis Lusitanæ fit Processio per Claustra, seu Ecclesiam in sequentibus diebus: In die Purificationis B. M. V. Dominica Palmarum: Feria quinta in Cœna Domini: Feria sexta in Parasceve: In Sabbato Sancto, & in Dominica Resurrectionis: In die S. Marci, & in tri-

bus diebus Rogationum ante Ascensionem : In die SS. Corporis Christi : In Commemoratione solemnī B. M. V. de Monte Carmelo : In diebus S. P. N. Eliæ : S. M. N. Terefiæ : S. P. N. Joannis a Cruce , & S. Bartholomæi Apostoli : In secundis Feriis per annum , & quodocumque occurrerit aliqua gravis necessitas ad arbitrium Prælati.

§. II.

De forma in Processionibus servanda.

1 **C**UM Processio faciēda fuerit , peracto signo , conveniunt Fratres in Claustrum , vel ante Sacristiam cum Cappis , & candelis , si portandæ sint. Candelæ vero accensæ portantur in Processionibus Purificationis B. M. V. & SS. Sacramenti. In aliis Processionibus ad arbitrium Prælati ; sed maxime congruit eas portare , quando in illis defertur Lignum S. Crucis , & Spina Coronæ Domini , ac in diebus B. M. V. de Monte Carmelo , S. P. N. Eliæ , S. M. N. Terefiæ , & S. Joannis a Cruce. Sed notandum est , quod candelæ , & palmæ semper portandæ sint manu extima , scilicet , qui a dextris procedunt , manu dextra , & qui a sinistris , sinistra manu eas deferant. In omnibus Processionibus præcedit Thuriferarius cum Thuribulo fumigante , si in eis sit deferendum. Sequitur Cruciferarius portans Crucem cum Imagine Crucifixi inter Acolythos , accensos cereos portantes ; & post eos Cæremoniarius , qui omnes Rocchetis , seu Cottis utuntur. Statim Conventus per ordinem procedit , præcedentibus junioribus , ita ut inter binos & binos juxta numerum Fratrum , & Loci capacitatem sit conveniens distantia , quod maxime curet Cæremonia-

niarius, vel in ejus defectu Supprior Conventus; & ut omnia ordinate fiant. Postremo procedit solus Sacerdos Pluviali indutus, manibusque junctis ante pectus; vel inter Ministros cum Dalmaticis, sine Manipulis, ut suis locis notabitur.

2 Sic procedunt Religiosi ad Ecclesiam, demissis in terram oculis cum magna modestia, ac devotione, maxime si Processio fiat extra Claustra. Cruciferarius, & Acolyths, quando Processio facienda est per Claustra, semper se sistunt juxta gradus Altaris a latere dextro, vel sinistro, prout Processio incipienda est; qui nunquam genuflectunt ante Altare, etiamsi in illo SS. Eucharistiæ Sacramentum sit expositum, vel ante eum transeant. Fratres vero cum perveniunt ad Altare maius, faciunt bini & bini genuflexionem unico genu, si in ipso SS. Sacramentum reservatur, vel duplici, si sit expositum; aliàs solum profundam reverentiam; ac deinde in duos Choros dividuntur. Sacerdos autem, & Ministri (si adsint) se sistunt ante gradus Altaris, factis prius debitis reverentiis in infimo gradu, scilicet, Ministri semper genuflexionem; at Sacerdos profundam reverentiam agit, si in Altari non adsit SS. Sacramentum; at si adsit, itidem genuflectit. Deinde Sacerdos stans cum Ministris (si adsint) imponit, & benedicit incensum, Diacono cum debitis reverentiis cochleare ministrante, & Thuriferario Thuribulum, aliàs etiam cochleare a Thuriferario ministrabitur. Si in Processione deferatur aliqua Reliquia, seu Imago, post genuflexionem, vel inclinationem, Sacerdos ascendit ad Altare, & illud in medio osculatur, Ministris genuflectentibus, etiamsi ibi non sit SS. Sacramentum; deinde imponit incensum, ut supra, & stans il-

illam thurificat triplici ductu cum profunda reverentia ante, & post. Si etiam adsit Reliquia Ligni Crucis, eodem modo prius illam thurificabit, & postea alias. Sed notandum est, quod si Processio fiat die Dominica cum Pluviali coloris sequentis Missæ, tunc Aspergio Aquæ benedictæ prius facienda est; aliàs fiet post Processionem, quando Communitas jam est in Choro, nisi aliter notetur. Item si adsint Ministri, tunc Diaconus Crucem, seu Reliquiam, in Processione deferendam, tradere debet in manus Sacerdotis; ac eam in fine ab eo accipere, & in Altari collocare.

3 Deinde inchoatur Processio, in qua Cantores semper sistunt in medio versa facie ad Altare (Processione defunctorum excepta) ibique incipiunt Antiphonam, vel Hymnum, aut Responsorium. Si vero fiat per Claustra, semper fiunt quatuor Stationes, incipiendo ab Ecclesia (Processionibus Candelarum, & Palmarum exceptis, in quibus nulla Statio fiet.) Dum fit Processio nemini reverentiam faciant, nisi Altaribus in Claustro positis, per quæ transeunt. Quinta vero Statio in Capella maiori ante Altare semper facienda est. In qualibet Statione sistunt Fratres, facie ad faciem se habentes. Cruciferarius, & Acolythi (si ibi non sit Imago in Altari) versa facie ad Communitatem, ad quam etiam Imago Crucifixi respiciat, aliàs se sistunt a latere, per quod Processio continuanda est, versa facie ad aliam partem. Sacerdos autem cum Ministris Altare, seu ipsum Crucifixum aspiciet. Thuriferarius procedit ante Cruciferum cum Thuribulo fumigante; sed Crucem, aut Reliquiam non thurificat. In omnibus Stationibus cantus non debet cessare, antequam finiatur Statio; & si opus sit Antiphonam, vel
par-

partem Hymni repetere, ut Sacerdos dicere possit sine morula: *Oremus*, vel *Dominus vobiscum*. Transeuntes vero ante Altare, ubi in Missa Hostia consecrata est, aut expositum est SS. Sacramentum, genuflectunt unico genu; & si Sacra Hostia elevetur in Missa, genuflexi maneant usque ad depositionem Calicis, & illi tantum, qui vident elevationem, dum sistitur in aliqua Statione. Sed si post elevationem Hostiæ progrediendum sit ad aliam Stationem, tunc surgunt, & cum aliis progrediuntur, unico genu genuflectentes, dum transeunt. Quod si in progressu adhuc videatur Calicis elevatio, etiam qui eam vident, genuflexi maneant usque ad ejus depositionem, sistentibus aliis. Si autem detur Sacra Communio, dum sistitur in Statione, illi tantum maneant genuflexi, qui eam advertunt; sed finito R. Stationis surgunt, & cum aliis progrediuntur ad aliam, etiam unico genu genuflectentes. Et ut evitetur quælibet perturbatio in hac Sacra Actione, curandum est, ut nulla Campanula in Ecclesia pulsetur. Notandum vero est, quod ultra Cruciferum, & Acolythos, etiam Sacerdos deferens Crucem, aut Reliquiam nunquam genuflectit, sicut etiam ipsa Communitas, quando in Processione SS. Sacramentum deferitur, nisi ab incedentibus ante Sacramentum in occursum & transitu a latere ejusdem, si in transitu videatur, & tunc unico genu.

4 In regressu ad Ecclesiam fit, ut antea ad ingressum. Sacerdos cum Ministris se sistit ad infimum gradum, vel ante Altare, ut supra; imponit incensum, illud benedicit de more, & thurificat Reliquias, aut Imagines, seu Crucem ut in principio. Si Missa immediate sequatur, nihil aliud fit. Si vero non sequatur, tunc Sacerdos,

dos, Ministris Librum tenentibus, dicit *Dominus vobiscum*, & Orationem convenientem cum semiplena Terminatione. Deinde dicit *Dominus vobiscum*, *Benedicamus Domino*, & submissa voce *Ÿ. Fidelium anime*, &c. Si in Processione deportatum fuit Lignum Crucis, cum illo benedicenda est Communitas, simulque Populus in fine, vel post Missam, si ipsa sequatur. In aliis autem Processionibus Rogationum, &c. observentur ea, quæ suis locis dicentur.

Color Paramentorum in Processionibus Sanctorum erit de illorum Missa. Si fiat pro Gratiarum Actione, erit albus: Si pro Litaniis, vel causa Rogationum, violaceus: Si vero pro Defunctis, nigro colore utatur.

5 In fine omnium Processionum ad signum Prælati, seu Præsidis omnes eo ordine, quo ingressi sunt, egrediantur ex Ecclesia, dicentes alternatim Psalmum *De profundis* cum suis Precibus in Processione Defunctorum. In aliis vero Psalmum *Deus misereatur nostri* cum *Gloria Patri*, &c. Sed isti Psalmi ita dici debent cum pausa, ut duo ultimi Versiculi v. g. *Gloria Patri*, dicantur, quando tota Communitas est extra Ecclesiam in loco destinato ad sequentes Preces. Deinde Sacerdos dicit:

Ÿ. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

Ÿ. Dómine, exáudi orationem meam, &c.

Ÿ. Dóminus vobiscum, &c.

Orémus.

PRæténde, Dómine, famulis, & famulábus tuis dexteram cœléstis auxilií, ut te toto corde perquirant, & quæ dignè póstulant, cónsequi mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. *R. Amen.*

Statimque si Missa, aut Hora Canonica dicenda sit, aut conscientie Examen habendum, Chorum ascendent omnes sine mora, aut divisione.

§. III.

De Aspersione in Die Dominica facienda.

I **S**ingulis Dominicis ante Missam Conventualem Celebrans ipse, vel primo mane Sacrista benedicit Aquam. Finita vero Tertia, Sacerdos celebraturus Missam (licet sit idem Prælatus) manibus junctis ante pectus, & indutus Pluviali coloris, Officio convenientis (& si desit, indutus Alba, & Stola tantum) accedit ad Altare post Acolythos cum cereis accensis, ubi omnes genuflectunt, Celebrans in infimo gradu, cæteri in plano. Deinde Acolythi deponunt candelabra in Credentia, & accedentes ad Celebrantem primus Acolythus ipsi ministrat Aspersorium cum debitis reverentiis. Tunc Celebrans adhuc genuflexus primo ter aspergit Altare, scilicet, in medio, a latere Evangelii, & a cornu Epistolæ. Deinde seipsum, interim dicens cum cantu Antiphonam *Asperges me*, & in tempore Paschali *Vidi aquam*, &c. ac erectus aspergit Acolythos adhuc genuflexos. Verum si SS. Sacramentum expositum sit in eodem Altari, tunc non aspergit Altare, sed tantum seipsum, & Acolythos. Postea aspergit Populum, Acolythis anteriores partes Pluvialis elevantibus, progrediens a latere Evangelii per circulum dicens submissa voce Antiphonam, & totum Psalmum *Miserere* cum *Gloria Patri*, &c. vel *Confitemini Domino* tempore Paschali, qui totus dici non debet, nisi sciatur. Deinde repetitur Antiphona, &c. sed no-

tandum est, quod si adsit Thuriferarius, ipse Celebrantem sociabit, Acolythis in suis locis manentibus. Postea Celebrans ibidem exiit Pluviali ab Acolythis & a Thuriferario (si adsit) ac induitur Manipulo, & Casula; nisi Sacramentum sit expositum, quia tunc hoc fiet in cornu Epistolæ, quo facto, Celebrans incipit Missam.

2 Si Missa cum Ministris celebretur, fiat Aspersio sequenti modo. Præcedit Thuriferarius cum Vase Aquæ benedictæ. Tum Acolythis cereis accensis, & post eos Cæremoniarius. Ultimo loco Celebrans inter Ministros cum Dalmaticis sine Manipulis, ipsis fimbrias Pluvialis elevantibus, ac altera manu ad pectus posita. Qui omnes genuflectunt: scilicet, Celebrans cum Ministris in infimo gradu, cæteri vero in plano. Tunc Acolythis deponunt candelabra super Credentiam, vel gradus Altaris, & remanent genuflexi, donec aspersi fuerint. Thuriferarius sine osculis tribuit Diacono Aspersorium cum Aqua, & hic illud tradit Celebranti debitis reverentiis, qui mox incipit Antiphonam *Asperges me*, vel *Vidi aquam* ter aspergens Altare, & seipsum, ut supra. Deinde surgens aspergit Ministros, Cæremoniarium, Acolythis, & Thuriferarium, qui statim surgunt, & facta ab omnibus genuflectione, & a Celebrante debita reverentia, ipse Celebrans inter Ministros fimbrias Pluvialis elevantes, Cæremoniario, & Thuriferario præcedentibus, sed iste quasi a dextris Diaconi procedit ad asperisionem Populi, ut supra, Acolythis facie ad faciem versis, & in suis locis remanentibus, donec redeat Celebrans ad Altare. Tum reddit Aspersorium Diacono, & hic Thuriferario, qui, deposito Vase, tradit Diacono Librum, quem iste cum Subdiacono tenent, ut Celebrans cantet *ŸŸ*. & Oratio-

nem




nem ut infra. Deinde Diaconus ibidem aufert Pluviale a Celebrante & Subdiaconus illi tribuit Manipulum. Postea Diaconus illi imponit Casulam, & tam ipse, quam Subdiaconus assumunt Manipulos, nisi Sacramentum expositum sit, quia tunc hæc fient in cornu Epistolæ, quibus finitis, Celebrans incipit Missam.

3 Si vero Communitas assistat in Ecclesia, tunc Celebrans, postquam se, ac Ministros asperferit, tradit Asperforium Diacono, & hic Thuriferario, ac se vertens cum Ministris ad Communitatem, Cæremoniario, & Thuriferario præcedentibus, illam salutatur ex utraque parte capitis inclinatione, cui ipsa respondeat, eamque aspergit primum a latere dextro illius, deinde a sinistro, factis cuilibet Prælato, aut Præsidenti sigillatim debitis reverentiis. Postea aspergit Cæremoniarium, Acolythos, & Thuriferarium, &c. Si assistat R. P. N. Generalis, illi porriget Asperforium cum osculo ipsius, & manus, facta prius profunda inclinatione; & postquam ille cum illo se asperferit, illud recipit ab eo cum osculo manus, & ipsius Asperforii, facta eadem reverentia. Si adsit aliquis Cardinalis, vel Episcopus, Nuntius, aut alii Prælati in loco suæ Jurisdictionis, tunc Celebrans post Asperersionem Altaris tantum surgit cum Cæremoniario, & Thuriferario, aliis adhuc genuflexis, tendit ad Prælatum, & facta profunda inclinatione, cæteri vero genuflexione, ipsi tradit Asperforium osculo ipsius, & manus. Postea Prælatus primum seipsum, tum Celebrantem aspergit, eique reddit Asperforium, quod osculo manus, & illius recipit, & facta eadem reverentia, cum aliis reddit ad Altare, ubi aspergit Ministros, &c. ut supra. Si autem Prælatus signum faciat, ut aspergatur, ipsum as-

pergit facta eadem reverentia antea, & postea; ac deinde seipsum, Ministros, &c. Si vero adsit Rex, Regina, Princeps, aut Episcopus extra suam Jurisdictionem, tunc Celebrans inter Sacros Ministros post Asperionem Altaris, & sui ipsius, illos sigillatim aspergit, facta profunda reverentia, ante & post, ac deinceps Ministros, &c. Tandem advertendum est, quod in Dominicis Passionis, & Palmarum, non dicitur in fine Psalmi *ŷ. Gloria Patri*, &c.: sed eo finito repetitur Antiphona: *Asperges me*, quæ prius a Celebrante canenda erit sequenti modo.


Ant.

A




Fí-

DE ASPERSIONE IN DIE DOMINICA FACIENDA. II



Fí-li o, & Spi-rí-tu i Sancto: Si-cut e rat



in prin-cí-pi o, & nunc & semper, & in fæ-cu-



la fæ-cu-ló-rum. A-men.

*Et repetitur Anti-
phona Aspérget me.*


TEMPORE PASCHALI.

Añã.


V



I-di-a-quam egre-di-én-tem



de tem-plo à lá-te-re dex-tro, al-




le-lú-ia: & om-nes, ad quos pervé-nit a-




qua i-
sta, fal-vi fa-cti


funt,




funt, & di- cent, al- le- lú- ia, al le-



lú- ia. *Pf.* Con- fi té- mi ni Dómi no, quó-




ni am bo- nus: quóni am in sæ cu lum mi fe ri cór- di-




a e- jus. *Ÿ.* Gló- ri a Patri, & Fí li o, &



Spi- rí- tu i San- cto: Si- cut e- rat in princí pi-



o, & nunc, & semper, & in sæ cu la sæ cu ló-



*Et repetitur Antiphona
Vidi aquam, &c.*

rum. A- men.

*Quibus finitis supradieto modo, Sacerdos reversus jam
ad Altare, stans ante gradus junctis manibus, dicit:*

Ÿ. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

Tempore Paschali additur: Allelúia.

R. Et salutáre tuum da nobis.

Ÿ. Dómine, exáudi oratióem meam, &c.

Ÿ. Dóminus vobíscum, &c.

Orémus.

EXáudi nos, Dómine Sancte, Pater Omnípotens, ætérne Deus: & mittere dignéris Sanctum Angelum tuum de Cœlis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Dum hæc Oratio cantatur, Cæremoniarius ponit Misale super Altare, & postea Acolythi accipiunt Candelabra ad initium Missæ.

§. IV.

Processio in Fêsto Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.

SI hoc Festum venerit in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ, fit tantum Benedictio, Distributio, & Processio Candelarum, ac dicitur Missa de eadem Dominica. Festum vero Purificationis transfertur in sequentem diem tanquam proprium ex D. Clem. VI. nisi Ecclesia dicata sit sub Titulo Purificationis ejusdem B. M. V.; quia tunc dicitur Missa de Fêsto cum Commemoratione Dominicæ. Candelæ ceræ albæ benedicendæ collocentur in cornu Epistolæ super Credentiam linteo mundo coopertam, & cooperiantur alio linteo lineo, vel serico, ibidemque apponatur Vas cum Aqua benedicta, & Aspersorio. Altare etiam habeat duo Frontalia, unum album, & super illud alterum

rum violaceum, faciliter removendum post Processionem, nisi hoc Festum in supradictis Dominicis venerit.


2 Finita Tertia, conveniunt Fratres ut supra §. 2. In ingressu ad Ecclesiam præcedit Conventus; deinde Thuriferarius sine Thuribulo cum alio Acolytha a sinistris administrandum vas Aquæ benedictæ, si commode fieri potest; aliàs sufficiet unus ex Acolythis administrandum Asperforium. Deinde Acolythi cereis accensis, & post eos Cæremoniarius. Ultimo loco Celebrans manibus junctis ante pectus Stola, & Pluviali violaceo indutus inter Sacros Ministros similiter indutos cum Planetis plicatis violaceis; sed Diaconus cum Stola, & omnes sine Manipulis. Sic procedunt e Claustro ad Altare, ubi Ministri genuflectunt in infimo gradu, cæteri autem in plano. Celebrans etiam in infimo gradu genuflectit, si in Altari adsit Sacramentum, alias tantum facit profundam reverentiam quod semper ab omnibus observari debet in ingressu, & egressu ab Altari. Deinde Acolythi deponunt Candelabra super Credentiam, & fit Aspersio Aquæ benedictæ, (si sit dies Dominica) ut dicitur §. 3. num. 3. Postea ascendunt ad Altare, quod Celebrans osculatur, Ministris genuflectentibus; ac tendunt ad cornu Epistolæ, ubi Cæremoniarius, vel Sacrista detegit Candelas. Mox Celebrans manibus junctis ante pectus, Diacono, & Subdiacono hinc inde similiter stantibus, non autem uno post alium, incipit in tono Feriali Orationes. Cum dicit *Oremus*, caput Cruci inclinatur; & cum in Oratione invenerit Crucem, posita manu sinistra super Altare, dextra Candelas benedicit, Diacono fimbriam Pluvialis elevante. Thuriferarius vero dum dicuntur Orationes Thuribulum præparat, & cum dicitur Oratio *Domine*


Jesu Christe, se ponit juxta Credentiam cum Acolytha Vasis Aquæ benedictæ. Finitis Orationibus, Celebrans ponit incensum in Thuribulo, Diacono Naviculam debitis reverentiis ministrante, ac Subdiacono fimbriam Pluvialis elevante, illudque benedicit de more. Deinde accipiens Asperforium a Diacono iisdem reverentiis datum, ter aspergit Candelas, scilicet, in medio, a dextris, & a sinistris, dicens sine Psalmo, & sine cantu Antiphonam *Asperges me*. Mox reddens Asperforium Diacono, ab eo accipit Thuribulum, & ter simili modo adolet incenso, eodem Diacono fimbriam Pluvialis attollente in Aspersione, & Thurificatione. Quo facto, Thuriferarius, & Acolythus deponunt Thuribulum, & Vas; ac se collocant in suis locis. Interim Communitas stabit versa facie ad Altare; & solum ad primam, & ultimam Orationem post Distributionem inclinabitur.


3 Completa Benedictione, Celebrans venit ad medium Altaris cum Ministris, & facta Cruci capitis inclinatione, a Ministris vero genuflexione, vertit se ad Populum, Diacono a latere Epistolæ, Subdiacono a cornu Evangelii hinc, & inde stantibus, ac fimbrias Pluvialis elevantibus. Interim Cæremoniarius, vel in ejus defectu Sacrista Rocchetto indutus genuflectit, & descendens ad Communitatem, ac facta reverentia Digniori ex Choro, tendit a sinistris ejus ad Altare. Cum ad illud pervenerint, uterque genuflectit ante infimum gradum, & facit Celebranti mediam inclinationem. Deinde ascendit Dignior ad ipsum ante Suppedaneum, & acceptâ a Cæremoniaro, vel a Sacrista extinctâ Candelâ, adhuc stans eam tradit Celebranti osculo tantum Candelæ ab utroque facto, & non manûs. Postea Cele-


brans Candelam acceptam tribuit Subdiacono, & hic Acolytho, ut in Credentia fervet; ac stans in eodem loco accipit aliam Candelam a Diacono cum osculo ipsius Diaconi, sed non manûs, quam ipsi tribuit Sacrifista, vel alius sine osculis, quod quidem observare debet in Distributione aliarum. Deinde fit Distributio hoc ordine: Primo tradit Digniori, a quo Candelam acceperat, qui genuflexus (nisi sit Prelatus) in suppedaneo, vel in superiori gradu illam recipit osculo illius, & manûs. Deinde Prælatis (siqui adsint) qui non genuflectunt, nec osculantur manus Celebrantis (nisi sit illis Superior) sed tantum inclinati osculantur Candelam. Postea Ministris paratis (nisi sint ejusdem Dignitatis cum Prælatis) qui Candelas Acolythis dant, ut eas fervent, & tunc ipsas Cæremoniarius, vel Sacrista ministrat Celebranti. Deinde Presbyteris incipiendo a Dignioribus, & post eos Cæremoniario, & Sacristæ, interim ministrante Acolytho Candelas. Tum Thuriferario, & Acolythis, ac ultimo cæteris Fratibus, qui omnes bini, & bini accedunt, facta prius genuflexione ante infimum gradum, & media inclinatione Celebranti, genuflectuntque ante illum in gradu immediato, qui dat prius illi, qui ad sinistram ipsius est, & postea ei, qui est ad dexteram, porrigens inferiorem partem Candelæ osculandam, & manum. Deinde surgunt, & ante infimum gradum repetunt eadem reverentias. Si aliqui Sæculares accedere debeant, tunc descendit in ultimum gradum Presbyterii, ubi eis Candelas distribuit, nisi sint ex nobiles Personis, qui etiam in superiori gradu Candelas recipiunt. Sed advertendum est, quod, qui Candelas recipiunt, ita redeant, ut locum medium relinquunt euntibus ad eas recipiendas.

Si adsit aliquis Episcopus, hic Celebranti dabit Candelam sine osculo, quam recipiet cum osculo Candelæ, & manûs Episcopi; & si iste non accedat, tunc Cæremoniarius illi Candelam defert, antequam Dignior eam recipiat, factis debitis reverentiis, & osculis. Si vero adsit Rex, aut Princeps, & non accedat, tunc Cæremoniarius eodem modo, quo Episcopo, defert illi Candelam. Cum autem cœperit Distributio, cantantur a Choro sequentia, incipientibus Cantoribus, ita ut non cesset cantus, nisi Distributio finiatur, etiamsi opus sit aliquam Antiphonam repetere.

Añã. **L**  U-men ad re ve la ti ónem Gén-ti-

 um: & gló-ri am plé bis tu æ Ifra el.

Canti-cum. **N**  Uc di mít tis ser-vum tu um, Dómi ne,

 se cún dum verbum tu um in pa ce.


Deinde repetitur tota Antiphona: Lumen, quæ simi-liter repetitur post quemlibet Versum, hoc modo:

Quia vidérunt óculi mei salutáre tuum. *Añã* Lumen.


Quod parásti ante fáciem ómnium Populórum. *Añã* Lumen.
Glória Patri, &c. *Añã* Lumen. Sicut erat, &c. *Añã*
Lumen.

4 His expletis, Celebrans cum Ministris accedit ad cornu Epistolæ, ubi lavat manus eas fricando medullâ panis, aut re simili (si opus sit) Ministris in exteriori parte Altaris hinc inde manutergium ministrantibus, & uno Acolytha aquam infundente. At potius erit, si Ministri elevent fimbrias Pluvialis, & alter Acolythus manutergium præbeat. Interim duo ex junioribus, alteruter ex suo Choro, accendunt Candelas Communitatis, & cum accensæ sint, Cantores incipiunt sequentia.


Añã. **E** X úrge, Dó-mi-ne, ád-ju-va
 nos, & lí-be-ra nos propter No-men tu-
 um. *Pf.* De us, áu-ri-bus no-stris audí-vi-mus,
 Pa-tres nostri an-nunti a vé-runt no-bis.




ŷ. Gló- ri a Pa tri, & Fí li o, & Spi rí-



tu i San-cto: Si cut e rat in princí pi o, &




nunc, & sem-per, & in sæ cu la sæ cu ló- rum.



A- men.

Repetitur Antiphona: Exúrge, Dómine, &c. ut supra.


5. Quibus dictis, & recitatis a Celebrante, Miniftris hinc inde stantibus, manus junctas ante pectus habentibus, versus ad Altare, cantat idem Celebrans in tono feriali *Oremus*, & *Orationem Exaudi*, *questimus*, &c. Si vero Officium fiat post Septuagesimam, & non in die Dominica, tunc Diaconus, postquam Celebrans dicit *Oremus*, immediate genuflectit a dextris ejus, & omnes cum illo, præter Celebrantem, & cantat *Flectamus genua*, & Subdiaconus a sinistris primus omnium surgens cantat *Levate*, ut sequitur.



O ré-mus. Flectámus génu a. Le vá-te.

Pos-

Postea Celebrans cantat Orationem, ut supra. Deinde procedit ad medium Altaris, imponit incensum, & illud benedicit de more, Diacono Naviculam ministrante, ac Subdiacono fimbriam Pluvialis elevante. Quo facto, Thuriferarius descendit ad planum Capellæ; Diaconus accipit ab Acolytha accensam Candelam, quam tradit Celebranti osculo ipsius, & manûs; Celebrans eam tenet in dextra manu, & Diaconus ab ipso Acolytha recipit suam similiter accensam, quam tenet in sinistra, alterâ ad pectus positâ. Interim Subdiaconus, Missæ adfuturus, sine Candela genuflectit, & descendens ad planum accipit Crucem in cornu Evangelii præparatam, ac inter Acolythos Cereis accensis tantum se sistit juxta gradus Altaris a latere, per quod Processio incipienda est, & idem facit Thuriferarius. Mox Diaconus stans a dextris Celebrantis genuflectit, & se vertens ad Populum per sinistram latus, ne terga ipsi det, cantat.

Diaconus
dicit: **P**  Ro ce dámus in pa ce.


Chorus
respondet:  In Nó mi ne Chri sti. Amen.

6 Tunc, & non prius, Celebrans se vertit ad Populum. Cantores incipiunt sequentes Antiphonas, & inchoatur Processio sine ulla Statione, ordine supra §. 2. posito, ubi etiam num. 1. dicitur, quod Candelæ deferri debent manu extima.


Añã. **A** Dór-na thá-la mím tu-um,
 Si-on, & fúf-ci pe Re-gem Chri-
 ftum: amplécte re Ma rí-ab am, quæ est
 cœ lé-ftis por-ta: ip-fa e nim por-tat
 Re-gem gló-ri æ no- vi lú- mi nis: sub sí-
 ftit Vir-go addú- cens má- ni bus Fí- li um,
 an-te lu cí- fe rum gé- ni tum: quem ac cí- pi-
 ens Sí- me on in ulnas fu- as, præ di- cá-
 vit



vit Pó-pu lis Dó- mi num e um ef- fe




vi- tæ, & mor- tis, & Sal- va tó- rem




Mun- di.




Alia
Añã. **R** Espón- sum : ac cé- pit Sí- me- on




- à Spí- ri tu San- cto, non vi- sù- rum se




mor- tem, ni si vi dé ret Chri- stum Dó- mi-




ni : & cum in dú- ce- rent Pú- e rum in Tem-



plum, ac cé- pit e um in ul- nas su as, &



be ne dí-xit De- um, & di xit: Nunc di- mít-



tis seruum tu- um, Dó- mi ne, in pa- ce.




Ÿ. Cum in dú- ce rent Pú e rum Je- sum Pa- rén-



tes e- jus, ut fá- ce rent se- cún- dùm confu-




e tú- di nem Le- gis pro e o, ip se ac cé-



pit e- um in ul- nas su- as.

*Dum Communitas ingreditur Ecclesiam, cantatur
Responsorium.*



O B tu lé- runt pro e o Dó- mi no


Pars I.

D

par




par túr-tu rum, aut du- os pul- los co lum- bá- d




rum, * Si cut scrí- ptum est in Le- ge Dó- *vi*



mi ni. *ŷ.* Post quàm im plé- ti sunt di es pur-




ga ti ó nis Ma rí- æ fe cún- dùm Le- gem Mo-



y si, tu lé- runt Je sum in Je rú- fa lem, ut sí-



ste rent e- um Dó- mi- no. * Si cut



scrí- ptum. *ŷ.* Gló- ri a Pa- tri, & Fí- li-




o, & Spi- rí- tu i- San- cto. * Sic-

ban

D

ut



ut scri- ptum.


7 Hoc Responsorium ita regulari debet, ut non can-
tetur *Ÿ. Gloria Patri*, &c. quin prius in plano Capellæ
sit Communitas. Quo finito, terminatur Processio, &
extinctis Candelis egrediuntur ex Ecclesia, initiante Can-
tore Psalmum *Deus misereatur nostri*, &c. ut moris est,
& dicitur §. 2. num. 5. Deinde Celebrans, & Ministri
revertuntur in Sacristiam, ubi accipiunt alba Paramenta
ad Missam celebrandam, nisi sit Dominica privilegiata;
quia tunc Celebrans accipit Manipulum, & Casulam vio-
laceam, & Ministri Dalmaticas, & Manipulos ejusdem
coloris. Fratres verò sine mora in Chorum ascendunt,
ubi tenent Candelas accensas ad Evangelium, & iterum
ad elevationem SS. Sacramenti usque ad Communionem.
In Altari vero solus Celebrans Candelam accensam tenet
a Cæremoniaro, post Benedictionem Diaconi, of-
culo tantum ipsius traditam; qui similiter eam a Cele-
brante recipit, antequam Librum osculetur. Si autem
Missa sit de Dominica, vel de aliquo Sancto Patrono,
aut Titulari, tunc in Missa non accenduntur Candelæ,
nec in sequenti die, in quem transfertur Officium, &
Missa B. M. V.

Tandem advertendum est, tam pro hac Missa, quam
pro aliis solemnibus, quod, antequam Celebrans exeat
e Sacristia, debet imponere incensum, & illud benedi-
cere, ministrante Diacono, si adsit, ut in ipsa Missa.

§. V.

Feria quarta Cinerum.


1. **A**Nte Missam benedicuntur Cineres facti ex ramis Palmarum, seu Olivarum, vel aliarum arborum, præcedenti anno in Dominica Palmarum benedictis, qui debent esse aridi, & non per modum luti. Ipsi autem Cineres poni debent in aliquo vase mundo inter cornu Epistolæ, & Missale, velo violaceo cooperato. Finita Nona, conveniunt Fratres, ut supra §. 2. In ingressu ad Ecclesiam præcedit Conventus, deinde Thuriferarius sine Thuribulo, Acolythi Cereis accensis, Cæremoniarius, & ultimò Celebrans Stola, & Pluviali violaceo indutus, manibus junctis ante pectus inter Ministros Planetis plicatis sine Manipulis; sed Diaconus cum Stola ejusdem coloris, ipsis fimbrias Pluvialis elevantibus. Factis ab omnibus debitis reverentiis, ut dicitur supra §. antecedenti num. 2. Acolythi deponunt Candela- bra; Celebrans cum Ministris ascendit ad Altare, illud- que in medio osculatur, Ministris genuflectentibus; ac Cruci se inclinans cum ipsis accedit ad Missale in cornu Epistolæ. Tunc Cæremoniarius, vel Sacrista, discooperit Cineres, & cantatur a Choro, incipientibus Cantori- bus, sequens Antiphona, quæ etiam a Celebrante reci- tatur.

Ant. **E**  X áu- di nos, Dó- mi ne; quó- ni-


am




am be ní-gna est Mi se ri córdi a tu- a: fe-



cúndum mul ti tú- di nem mi se ra ti ó- num tu-




á- rum ré- spi ce nos, Dó- mi-




ne. *Pf.* Sal- vum me fac, De us; quóni am in tra-




vé- runt a- quæ u- sque ad A- nimam me-



am. *ŷ.* Gló- ri a Pa tri, & Fí li o, & Spi rí-




tu i San-cto: Sic- ut e rat in prin- cí pi o, &



nunc, & sem- per, & in sæ cu la sæ- cu ló rum.

Amen.



A- men.

2 Deinde Celebrans stans versus ad Altare, manibus junctis ante pectus, cantat *Dominus vobiscum*, & Orationes, ut in die Purificationis §. antecedenti num. 2. Hisque finitis, imponit incensum in Thuribulo, antea a Thuriferario præparato; illud benedicit, aspergit, & thurificat, ut dicitur de Candelis. Interim Communitas versa facie ad Altare stabit, & tantum ad primam, & ultimam Orationem post Distributionem inclinabitur. Postea Celebrans se sistit in medio Altaris versus ad Populum, Diacono ad ejus dexteram stante, & Subdiacono a sinistris fimbrias Pluvialis elevantibus. Interim Sacrista dat Diacono Vas Cinerum, qui illud in dextera tenet. Mox Cæremoniarius, factis debitis reverentiis, descendit ad Communitatem, & conducit ad Altare Digniorem ex Choro, ut in Benedictione Candelarum, num. 3. qui, facta debita reverentia Altari ante infimum gradum, & media inclinatione Celebranti, accedit ad ipsum, ac stans imponit Cineres in modum crucis super caput illius, paululum inclinatus dicens sine cantu: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem revertéris*. Quod si non adsit alius Sacerdos ex eodem Choro, tunc Diaconus, si sit Sacerdos, Cineres imponit Celebranti; alias idem Celebrans coram Altari genuflexus nihil dicens sibi ipsi Cineres imponit. Interim, Cantoribus incipientibus, cantantur a Choro Antiphonæ sequentes, quæ, si opus fuerit, repetuntur usque ad finem Distributionis, ita ut ultimo dicatur *R. cum Gloria Patri, &c.*


Amen

Añã

Aña. **I** M mu té- mur há- & bi a tu, in
 cí- o ne re, & ci lí- ci o: je ju-
 né- mus, & plo ré- mus an- te Dó-
 mi num: qui- a mul- tum mi fé- ri-
 cors est di mít- te re pec- cá- ta no- stra
 De- us no- ster.

Alia
Aña. **I** N- ter ve stí- bu lum, & al-
 tá- re plo- rá- bunt Sa cer dó- tes Mi ní stri

Dó-



Dó-mi ni, & di-cent: Parce, Dó-



mi ne, parce Pó pu lo tu o: & ne claudas o ra



ca nén-ti um te, Dó-mi ne.




*Sequi-
tur. R.*

E


Men dé-mus in mé-li ùs,



quæ igno-rán-ter pec-cá-vi mus; ne fú-bi-



to præ occu pá-ti di e mor-tis, quæ rá-mus




spá-ti um pœ-ni tén-ti æ, & inve ní-re




non pos sí-mus. * At tén-de, Dó-


mi-




mi ne, & mi- se ré- re, qui- a pec cá-



vimus ti- bi. Ÿ. Ad- ju va nos,




De- us, fa lu- tá- ris no- ster; & propter ho-




nó- rem Nóni nis tu i, Dó- mi ne, lí-



be ra nos. * At tén- de. Ÿ. Gló- ri a



Pa- tri, & Fí- li o, & Spi rí- tu-



i San- cto. * At tén- de.

3 Celebrans autem, acceptis Cineribus a Digniori, ipsi prius similiter imponit Cineres tunc genuflexo, nisi sit Prælatus; quia tunc tam ipse, quam alii Prælati stantes capite inclinato Cineres recipiunt ante Ministros; &

folùm genuflectunt, si Celebrans sit illis Superior. Si adfit aliquis Episcopus, tunc Celebrans, postquam Cineres recepit, immediatè illas imponit Episcopo ante Digniore Chori. Atsi Episcopo ita placeat, ipse Dignior, vel Cæremoniarius in suo loco illi Cineres imponat. Si vero assistat Rex, Princeps, aut Infans, licet isti Candelas recipiant ante Digniore; tamen hac die, humilitatis causa, post Ministros paratos, vel post Communitatem Cineres solent recipere. Deinde Diaconus tradens vas cinerum Sacristæ genuflectit ante Celebrantem cum Subdiacono, facta prius ad ipsum media inclinatione, & ab eo accipiunt Cineres. Tum cæteri de Communitate eodem ordine, quo dicitur in Receptione Candelarum §. 4. num. 3. Sed in Receptione Cinerum sint capitibus inclinati. Deinde Magistratibus, aut Nobilibus Personis in eodem loco, quo Fratibus imponuntur. Aliis vero Sæcularibus, licet Nobilibus, in infimo gradu Distributio facienda est. Si Populus fuerit copiosus, eadem fieri potest a Sacrista in alio Altari. Sed notandum est, quod omnibus imponendi sunt Cineres in capite per modum crucis cum iisdem verbis supradictis: *Memento homo, &c.* & fœminis dandæ sunt (si commodè fieri potest) non super velum, sed super capillos. Completa Distributione, Celebrans fricat, lavat, & extergit manus in cornu Epistolæ, ut in Die Candelarum num. 4. Deinde vertens se ibi ad Missale cantat, manibus junctis, *Dominus vobiscum*, & Orationem *Concede nobis, Domine, &c.* qua dicta, egrediuntur ab Ecclesia cum Psalmo *Deus misereatur nostri, &c.* ut dicitur §. 2. in fine. Postea deposito Pluviali in Sacristia, Celebrans accipit Manipulum, & Casulam violaceam, imponit,

& benedicit incensum, & comitatus a Ministris cum Manipulis, & Planetis plicatis, tendit ad Ecclesiam & incipit Missam.

4 Advertere tandem debent Ministri, quando Planetis plicatis utuntur, quod Subdiaconus, antequam accipiat Librum Epistolarum, prius deponit Planetam in Credentia, & cantatâ Epistolâ, ac osculatâ Celebrantis manu, eam reassumit, & cum illa defert Missale ad cornu Evangelii. Diaconus verò, postquam Subdiaconus reassumpsit Planetam, etiam suam deponit in eadem Credentia, & super communem Stolum ponit aliam latioris ejusdem coloris, sed brevioris, & sic defert Librum ad Altare, ac ministrat Celebranti usque ad finem Communionis; qua finita, defert Missale ad cornu Epistolæ, & pergit ad Credentiam, ubi, deposita latiori Stola, reassumit Planetam usque in finem Missæ. Hodie Concionator non petit Benedictionem, nisi Diocesano Episcopo præsentente.


§. VI.


Dominica in Palmis.

1 **F**initâ Tertiâ, conveniunt Fratres in Claustrum, vel ante Sacristiam. In ingressu ad Ecclesiam præcedit Conventus; deinde Thuriferarius sine Thurbulo; tum Acolythi Cereis accensis; & post eos Cæremoniarius; ultimo Celebrans Stola, & Pluviali violaceis indutus, manibus junctis inter Ministros Planetis plicatis sine Manipulis; sed Diaconus cum Stola ejusdem coloris, & ipsis fimbrias Pluvialis elevantibus. Dum accedunt ad Altare, genuflectunt Ministri cum Celebrante in infimo gradu, cæteri autem in plano. Postea Acoly-

thi deponunt Candelabra in Credentia, & tunc incipitur Aspersio Aquæ benedictæ, ut pag. 8. num. 2. & 3. Sed in Psalmo omittitur *ŷ. Gloria Patri*, &c. Tum Cæremoniarius ponit Missale super Altare, dum dicitur Oratio. Deinde Ministri assumunt Manipulos, & cum Celebrante accedunt ad Altare, ubi genuflectunt; & Celebrans illud in medio osculatur faciens Cruci reverentiam. Postea accedunt ad Missale in cornu Epistolæ, ubi in aliqua Credentia debent esse positi Rami Palmarum, vel Olivarum, seu aliorum arborum, linteo lineo, vel serico cooperti, quos Cæremoniarius, vel Sacrista discooperit. Statim Celebrans inter Ministros hinc inde stantes recitat sequentem Antiphonam, quam Chorus cantat, incipientibus Cantoribus.

Ant. **H**  O sán-na Fí li o Da-vid: be- ne- dí-

 etus, qui ve- nit in Nó- mi ne Dó- mi ni.

 O' Rex If- ra el: Ho sán-na in ex-


 cé- l sis.

2 Deinde Celebrans versus ad Missale, manibus junctis ante pectus, cantat: *Dominus vobiscum, &c. Oremus. Deus, quem diligere, &c.* ad quam, & ad ultimam Orationem post Distributionem erit Conventus inclinatus, sed ad alias stabit versus ad Altare. Interim Subdiaconus, facta prius genuflexione Cruci, tendit ad Credentiam, ubi deponit Planetam, accipit a Cæremoniaro, vel Acolytha Librum, & comitatus ab eodem, eunte a sinistris, genuflectit ante medium Altaris, & tendit ad Legile, seu Lectorile in cornu Epistolæ, ubi cantat Lectionem, vel descendit ad planum Presbyterii inferioris, si tantum distet a Suppedaneo per unum seu duos gradus, & ibi in medio infimi gradus genuflectit, & Communitati in eodem plano assistenti capitis inclinationem facit. Finita Lectione, genuflectit, ut antea; tendit ad Celebrantem, & genuflexus ejus manum osculatur. Deinde surgens Librum tradit Acolytha, & in Credentia assumit Planetam, ac tendit ad sinistrum latus Celebrantis. Interim cantatur a Choro sequens Responsorium, vel aliud, Cantoribus incipientibus.


R. **C** Olle gé-runt Pon tí- fi ces, & Pha ri-
 sæ- i con cí- li um, & di xé- runt: Quid fá-
 cimus, qui a hic homo multa signa fa- cit? Si
 di-



di mít- timus e um sic, om- nes cre- dent




in e- um: * Et vé- ni ent Ro má- ni, & tol-



-lent no strum lo- cum, & gen- tem.




ÿ. U nus au tem ex il- lis, Ca i phas nó- mi-



ne, cum efset Pón- ti fex an- ni il lí- us, pro-




phe tá- vit, di- cens: Ex- pe dit vo- bis,



ut u nus mo ri á- tur ho- mo pro Pó- pu lo,



& non to ta gens pé- re at. Ab il lo er-



go di-ni non e- cogi ta vé- runt inter fi- ce re



e- um, di- cén- tes. * Et vé- ni ent.

Vel aliud


R.




I N mon- te O li vé- ti



o rá- vit ad Pa- trem: Pa- ter,



fi fi- e ri po- test, tránse at à me ca-



lix i- ste. * Spí- ri tus qui- dem prom-




ptus est; ca- ro an- tem in fír- ma: fi- at vo-



lún- tas tu- a. Ÿ. Vi- gi lá-

te,



te, & o-rá-te, ut non intré tis



in ten-ta-ti ó-nem. * Spí-





ri tus.


3 Interim Diaconus tendit ad Credentiam, ubi, depositâ Planetâ, assumit Stolam latiore; accipit a Cæremoniaro, vel Acolythro Librum, illudque ponit super Altare, facta prius Cruci genuflexione. Thuriferarius accipit Thuribulum jam paratum, & accedit ad cornu Epistolæ. Celebrans autem in eodem loco, ministrante Diacono à dextris ejus Naviculam, & Thuriferario Thuribulum, ponit incensum, & illud benedicit de more, Subdiacono fimbriam Pluvialis elevante. Deinde Diaconus ante medium Altaris genuflexus dicit: *Munda cor meum*, &c. Postea surgens accipit Librum; & statim genuflectens petit Benedictionem a Celebrante verso ad cornu Evangelii. Deinde cum Subdiacono, Cæremoniaro, Acolythis cum Cereis accensis, & Thuriferario cum Thuribulo præcedente, genuflectit ante medium Altaris, & tendit ad Lectorile in cornu Evangelii, ubi cantat Evangelium, vel descendit ad planum (si parum distet) factis iisdem reverentiis, quæ fecit Subdiaconus, ut dicitur supra. Quo dicto, Subdiaconus defert Librum Celebran-


branti, cui, postquam illum osculatur, facit inclinationem, & Cruci genuflexionem. Postea Celebrans debitis reverentiis incensatur a Diacono, qui deposita in Credentia latiori Stola, & Manipulo, ac assumpta Planetâ, simul cum Subdiacono, qui etiam Manipulum deponit, accedunt hinc, & inde ad latus Celebrantis. Liberum tamen est Celebranti legere Epistolam, Graduale, & omnia usque ad Evangelium inclusivè; sed si illud velit recitare, dicat in ipso cornu Epistolæ Cruci inclinatus: *Munda cor meum*, &c. & non in medio Altaris.


4 Deinde benedicuntur Rami, ut in Missali. Celebrans cantat *Dominus vobiscum*, Orationes, & Præfationem manibus junctis, & observat ea, quæ dicuntur in Benedictione Candelarum, num. 2. Finita Præfatione, recitatur à Celebrante cum Ministris *Sanctus, Sanctus*, &c. eo modo, quo in Missa. Quæ etiam a Choro cantantur

S  An ctus, Sanctus, San ctus, Dómi nus De us

 Sa ba oth. Pleni sunt Cœli, & ter ra gló- ri a

 tu a. Ho sán-na in excél sis. Be ne dí ctus, qui

 ve nit in Nó-mi ne Dómi ni. Ho sán- na in ex-



cél sis.


5 Postea Celebrans cantat alias Orationes, nihil immutando, vel detrahendo; & cum dicitur quinta Oratio: *Deus, qui per Olivæ ramum*, &c. accedit Thuriferarius ad Celebrantem cum Thuribulo, & Navicula, ac Acolythus cum vase Aquæ benedictæ, & Asperforio. Celebrans verò post sextam Orationem ponit incensum, illud benedicens de more, aspergit, & thurificat Ramos, sicut de Candelis dicitur eodem num. 2. Mox dicit *Dominus vobiscum*, &c.

6 Completa Benedictione, tendit Celebrans cum Ministris ad medium Altaris, & facta Cruci capitis inclinatione, a Ministris verò genuflexione, vertit se ad Populum, Diacono à sinistris ejus, & Subdiacono à dextris hinc inde stantibus, & fimbrias Pluvialis elevantibus. Interim Cæremoniarius, & in ejus defectu Sacrista, genuflexione facta, descendit ad Communitatem, & facta inclinatione Digniori tendit à sinistris ejus ad Altare, ubi ante infimum gradum cum illo genuflectit Cruci, & facit Celebranti mediam inclinationem. Postea omnia alia sunt in Distributione, quæ præscripta sunt in Distributione Candelarum pag. 15. num. 3. Sed cum Celebrans cœperit distribuere Ramos Digniori, & non antea, cantantur à Choro sequentes Antiphonæ, quæ repetuntur, quousque Distributio integrè persolvatur, Cantoribus incipientibus, ut sæpe dictum est.

Aña. **P** U- e ri Hebræ ó- rum portántes
 ramos o li vá- rum ob vi a vé- runt Dó- mi no,
 cla mán- tes, & di cén- tes: Ho sán- na in ex-
 cél sis.

Alia Aña. **P** U- e ri Hebræ ó- rum ve stimén-
 ta pro ster nébant in vi- a, & clamá bant, di cén- tes:
 Ho sánna Fí- li o Da- vid: be ne díctus, qui ve-
 ni t in Nó- mi ne Dómi ni.

7 His expletis, Celebrans cum Ministris accedit ad cornu Epistolæ, ubi (si opus sit) fricat, lavat, & extergit manus, ut dicitur in Distributione Candelarum numer. 4. Deinde versus ad Missale manibus junctis cantat ibi *Dominus vobiscum*, & ultimam Orationem. Postea cum Ministris procedit ad medium Altaris, ubi stans imponit incensum, illud benedicens de more. Quo facto, Thuriferarius descendit ad planum, Diaconus accipit ab Acolytha Palmam, quam tradit Celebranti osculo ipsius, & manûs, qui eam tenet in dextera manu, positâ sinistrâ supra pectus. Similiter ab eodem suam accipit Palmam, quam tenet manu sinistra, positâ dexterâ eodem modo. Interim Subdiaconus, Missæ adfuturus, sine Palma genuflectens descendit, & in cornu Evangelii accipit Crucem, ac inter Acolyths Cereis accensis sine Palmis se sistit juxta gradus Altaris à latere, per quod Processio incipienda est; & similiter Thuriferarius, facta prius debita genuflexione. Mox Diaconus stans à dextris Celebrantis infra suppedaneum genuflectit, & per sinistram latus, ne terga illi det, se vertit ad Populum, & cantat: *Procedamus in pace*, ut infra. Tunc Celebrans, & non antea, se vertit ad Populum, & Cantores iniciant sequentes Antiphonas; atque Processio inchoatur sine Stationibus, Thuriferario præcedente cum Thuribulo fumigante. Rami vero, seu Palmæ ab omnibus portantur in manu extrema, ut dicitur §. 2. num. 1.

Diaconus **P** 
 dicit: Ro ce dá mus in pa ce.

*Et Chorus
respondet.*

I N NÓmi ne Chri sti. Amen.

Añã.

C Um ap pro- pin quá- ret Dó-

mi nus Je ro- só- ly mam, mi- fit du-

os ex Di scí- pu lis su- is, di- cens: I-

te in Ca stél lum, quod con- tra vos est, & in ve-


ni é- tis pul- lum á- sí- næ al li gá-

tum, su per quem nul lus hó- mi num se dit: sól-


vi te, & ad- dú- ci te mi hi. Si quis vos

in-


in-




in-terro gá-ve rit, dí-ci-te: O pus




Dó-mi no est. Sol vén-tes addu xé-runt




ad Je-sum, & im po su-é runt il-li ve-




sti-ménta su-a, & se dit su per e um: a-




li i expan-débant vesti ménta su-a in vi-




a: a-li i ra-mos de ar bó-ri bus



ster-né bant: & qui sequebántur, cla má-bant:




Hos fá-na, be ne dí ctus, qui venit in Nó mi ne Dó-



mi ni: bene dí-ctum Regnum Patris no-ſtri Da- vid:



Hof fán- na in ex cé- sis: mi ſe ré- re no-




bis, Fi- li Da- vid.

Alia

Añã.



Um au dí- ſet Pó- pu lus, qui a




Je ſus ve- nit Je- ro fó- ly- mam, acce pé runt ramos



pal má- rum, & ex i é- runt e i ób- vi am,




& cla- má- bant pú- e- ri, di- céntes: Hic



eſt, qui ven- tú- rus eſt in ſa- lú- tem Pó-

pu-



pu li. Hic est fa- lus no- fra, & re-
 démp- ti o Is- ra- el. Quan- tus est i- ste, cu
 i Thro- ni, & Domi na- ti ó- nes oc cú-
 runt? No- li ti mé re, Fi li a Si- on; ecce Rex
 tu- us ve- nit ti- bi, se- dens su per pul- lum á-
 si næ, si- cut scri- ptum est. Sal- ve Rex Fa-
 bri cá tor Mundi, qui ve- ní- sti re- dí-
 me re nos.

Alia
Aña.


A

N te fex di- es fo- lém-nis
 Pas- chæ, quan do ve- nit Dó- mi nus in
 Ci- vi tá- tem Je rú sa- lem, occur ré- runt e- i
 pú- e ri, & in má ni bus por tá- bant ramos pal-
 má- rum, & cla- má bant vo ce magna, di cén- tes:
 Hof sán- na in ex- cé- lis: be ne- dí- ctus,
 qui ve ní- sti in mul- ti tú- di- ne mi se- ri-
 -cór- di æ tu- æ: Hof sán- na in ex-

Pars I.


G

cél-




cél- sis.


8 Antequam finiatur hæc Antiphona, duo, vel quatuor Cantores destinati intrant in Ecclesiam, & claudunt ipsius ostium. Tunc Cruciferarius inter Acolythos se sistit cum Cruce ad illud, versa facie Crucifixi ad Celebrantem. Deinde Cantores, qui sunt in Ecclesia, stantes versa facie ad ostium, cantant versum *Gloria, laus, &c.* usque ad *Hosanna pi um*, quem Cantores, qui sunt extra, & Communitas repetunt. Deinde, qui sunt intus, cantant versus sequentes, vel omnes, vel partem, prout videbitur; & qui sunt extra ad quoslibet duos versus respondent cum Communitate: *Gloria, laus, &c.* sicut à principio.




Ló-ri a, laus, & ho- nor ti bi sit, Rex



Chri ste Re- démptor: Cu i pu e ri le de- cus



promptit Hof- fá na pi um. Repet. Glória, laus, &c.




I n S ra el es- tu Rex, Da- vi dis & ín-


-Bo

D


I acly-



cly ta Pro les: Nóni ne, qui in Dó mi- ni, Rex




be- ne- dí- cte, ve- nis. R. Glória, &c.



C OEtus in ex-cél- sis te laudat cœ-




li- cus om nis: Et mor tá- lis ho- mo, & cun- cta




cre- á- ta simul. R. Glória, &c.



P Lebs Hebræ a ti- bi- cum palmis ób-



vi- a ve nit: Cum pre ce, vo- to, Hymnis, ád-



sumus ec ce ti bi. R. Glória, &c.


H I ti bi pas- sú- ro : sol- vé- bant
 mú- ni a lau- dis : Nos ti bi re- gnán- ti pán- gi-

 mus ec- ce me- los. *R.* Glória, &c.


H I pla cu é re- ti- bi, plá ce at de-

 vó- ti o no- stra : Rex bone, Rex cle- mens, cu i bo-

 na cun- cta pla- cent. *R.* Glória, &c.

9 Postea Subdiaconus, versa facie Crucifixi ad ostium, illud percutit hastili Crucis, quo statim aperto ab his, qui sunt intus, intrat Processio in Ecclesiam cantando sequens Responsorium sine *Gloria Patri*, &c. quod, si opus sit, repetatur, quoadusque omnes ingrediantur, & suis locis aptentur.

R. **I** N-gre di én te Dó-mi no in fan-
 ctam Ci-vi tá-tem, He bræ-ó-rum
 pú-e ri re- surrecti ó-nem vi- tæ pro-nun-
 ti án-tes. * Cum ra mis pal- má- rum
 Hof fán- na cla má- bant in ex- cé-
 fis. Y. Cum au dí- fet Pó- pu lus, quod Je sus
 ve ní ret Je- ro- fó- ly mam, ex i é- runt
 ób- vi am e- i. * Cum ramis.

Ter-

10 Terminata Processione, omnes exeunt de more ab Ecclesia cum Psalmo *Deus misereatur nostri*, sine *Gloria Patri*. Postea Fratres ascendunt in Chorum, ac deponunt Ramos, quos reassumunt, dum in Missa cantatur Passio, & Evangelium tantum. Celebrans cum Ministris tendit in Sacristiam; ubi, Pluviali deposito, assumit Manipulum, & Casulam violaceam; Ministri etiam assumunt Manipulos. Thuriferarius ministrat Thuribulum, & Celebrans imponit incensum, ac illud benedicit. Postea ingrediuntur Ecclesiam ad Missam cantandam. Subdiaconus autem, dum dicitur Oratio, tendit ad Credentiam, ubi deponit Planetam, accipit à Cæremoniaro, vel Acolytho Librum, & comitatus ab eodem eunte à sinistris genuflectit ante medium Altaris, & tendit ad Lectorile, ubi cantat Lectionem in cornu Epistolæ, vel descendit ad planum, ut dicitur suprâ num. 2. Cum dicit: *In Nomine Jesu*, &c. genuflectit utroque genu usque ad verbum *Inferorum* inclusive, quod faciunt omnes etiam Celebrans in eodem loco, & Diaconus à dextris ejus; sed cum Celebrans eadem verba privatim recitat, ipse tantum cum Diacono unico genu genuflectit ad prima verba. Cantatâ Epistolâ, genuflectit, ut antea, & osculata Celebrantis manu, surgit, tradit Librum Cæremoniaro, seu Acolytho, & in Credentia assumit Planetam, ac se sistit ad dextrum latus Diaconi ut in Introitu Missæ. Interim Acolythi ponunt unum, aut tria Lectorilia in plano Capellæ ad latus Evangelii, (si posita non sint) quæ poni debent in linea recta tendente ab ortu ad occasum. Deinde circa finem *Tractus* tres Diaconi in albis cum Stolis, & Manipulis violaceis à Cæremoniaro conducti intrant Ecclesiam hoc ordine:

An-

Antecedit Cæremoniarius, tum ille, qui Personam Evangelistæ agit cum Libro ante pectus: Deinde qui Turbarum; ultimò qui Personam Christi gerit; sed isti manibus junctis (si etiam non deferant Libros ambabus manibus ante pectus, sicut Evangelista.) Sic tendunt unus post alium, & dum perveniunt ante medium Altaris omnes in linea recta genuflectunt ante infimum gradum, ita ut, qui vices Christi agit, sit in medio, & Evangelista à dextris ejus nihil dicentes, nec Benedictionem petentes, sed paulisper orantes. Deinde surgentes iterum genuflectunt, & factâ Celebranti debitâ reverentiâ, tendunt ad Lectorile, seu Lectorilia, ubi, qui Personam Evangelistæ gerit, manet in medio; & qui Christi, à dextris ipsius; & qui Turbarum à sinistris; sed omnes versa facie ad eam partem, quæ pro Aquilone figuratur. Quum veniunt Diaconi, Celebrans, & Ministri se sistunt in linea recta, versa facie ad latus Evangelii, donec ipsi vadant ad Lectorilia. Tunc Diaconus Missæ dat Celebranti Palmam à Thuriferario, vel Acolytho receptam; & ab ipso simul, & Subdiaconus suas recipiunt, qui omnes illas tenent in sinistra manu ad humeros inclinatas. Dum incipitur Passio, Celebrans, Ministris apud eum stantibus, ut in Introitu Missæ, illam recitat in eodem cornu Epistolæ, paululum conversus ad partem Evangelii, quam profequitur usque ad verba: *Altera autem die* exclusivè. Cum dicit: *Emisit spiritum*, non genuflectit; & postquam dicit verba: *Sedentes contra sepulchrum*, se vertit cum Ministris ad latus Evangelii in linea recta, stante Diacono à sinistris ejus, & Subdiacono à sinistris hujus cum Palmis in dextera manu. Cantatis verò illis verbis: *Emisit spiritum*, tunc Celebrans cum Ministris

in iisdem locis genuflectunt versùs Altare, quod etiam faciunt omnes, qui sunt in Ecclesia; & Diaconi Cantores idem faciunt, sed versùs libros per spatium unius *Pater noster*. Postea exurgens Diaconus, qui illa verba cantavit, omnes surgunt, & stant usque ad verba: *Contra sepulchrum*. Deinde Diaconi Cantores claudunt libros, & eodem modo, quo venerunt, redeunt in Sacristiam cum Cæremoniario. Interim Celebrans, & Ministri deponunt Palmas. Subdiaconus defert Missale ad latus Evangelii, & Celebranti assistit. Celebrans verò tendit ad medium Altaris, dicit: *Munda cor meum*, &c. & procedit ad Missale, ubi sine *Dominus vobiscum*, nec signo Crucis, recitat verba: *Altera autem die* usque in finem. Interim Diaconus, assumptâ latiori Stola (quam tenere debet usque ad finem Communionis) ponit librum in medio Altaris, quem in Credentia recipit ab Acolytho. Deinde ministrat Celebranti Naviculam, qui imponit incensum in Thuribulo illud benedicens de more. Tunc genuflectit, & dicit: *Munda cor meum*, &c. surgit, accipit librum, & petita Benedictione, tendit sine Palma ad Lectorile cum Subdiacono, & Acolythis sine Cereis, ac Thuriferario præcedente. Non dicit *Dominus vobiscum*, nec Crucem facit; sed tantum thurificat Textum de more. Interim Cæremoniarius tradit Palmam Celebranti ad illam tenendam in manu dextera, cui Celebrans ipsam reddit, finito Evangelio. Quo cantato, Subdiaconus defert Missale Celebranti ad osculandum, cui etiam Diaconus thurificat de more. Cætera vero usque ad finem fiunt, ut in Missa solemnè.

Si in aliquo Conventu non detur sufficiens numerus Cantorum, ut Passio cantetur supradicto modo,

tunc ipse Celebrans cum Ministris eam cantare potest. Tunc Subdiaconus, cantatâ Epistolâ, & osculata manu Celebrantis, tradit Librum Acolytho, & in Credentia assumit Stolam Diaconalem. Similiter Diaconus in illa deponit Planetam, & assumit latiore Stolam, & ambo ab Acolythis accipiunt Libros, & Palmas. Deinde Libros in manu dextera tenentes, & Palmas in sinistra, unâ cum Acolythis tendunt ante medium Altaris, ubi in linea recta genuflectunt (quod etiam faciunt Acolythi à tergo ipsorum) nihil dicentes, nec Benedictionem petentes; sed, facta ad invicem media inclinatione, procedit Diaconus cum uno Acolytho ad Lectorile in cornu Evangelii, & Subdiaconus cum alio ad latus Epistolæ, ubi versùs Altare cantant Passionem, Acolythis stantibus ab eorum sinistris. Interim Cæremoniarius debitis reverentiis Palmam tradit Celebranti, qui eam tenet in sinistra manu, & ponens Missale inter medium Altaris, & cornu Epistolæ se sistit à dextris, & Thuriferarius à sinistris Celebrantis ita ut, quod ab Altari aliquantisper distent. Dum verò Celebrans privatim dicit verba: *Emisit spiritum*, &c. non genuflectit, sed postquam cantantur à Diacono; & tunc tam ipse, quàm Ministri ante Libros genuflectunt per spatium unius *Pater noster*, donec Diaconus surgat. Finita Passione, Ministri claudunt Libros, & cum illis ante pectus genuflectunt ante medium Altaris, ac illos in Credentia ponunt. Subdiaconus etiam Stolam deponit, & assumptâ ibi Planetâ, mutat Missale ad cornu Evangelii, ac Celebranti assistit. Celebrans verò tendit ad medium Altaris, ubi dicit: *Munda cor meum*, &c. Reliqua sunt, ut supra.

Ultimò advertendum est, quod cum in hac Hebdo-

mada præparetur Thronus ad Expositionem Sacramenti in Feria Quinta, tunc Sacrista in hac Dominica, vel sequenti die, ut evitetur quælibet indecentia, communicare debet Hostiam, & Particulas de Sacra Pyxide Altaris Maioris, ac in alio die renovare Sacram Pyxidem Altaris Communionis in qua, vel in alia Pyxide una Hostia consecranda est ad Processionem Dominicæ Resurrectionis.

§. VII.

Processio Ferie Quintæ in Cæna Domini.

Hodie post Nonam cantatur Missa Solemnis, in qua duæ Hostiæ consecrantur, & omnes Religiosi communicare debent. Celebrans, & Ministri utuntur Paramentis albi coloris. Dicto *Agnus Dei*, non datur *Pax*, sed statim Ministri mutant loca, Diacono accedente ad Librum, & Subdiacono ad dexteram Celebrantis, facta in accessu, & recessu genuflexione unico genu. Sumpto prætioso Sanguine à Celebrante, statim Subdiaconus tegit Calicem Palla, quem Diaconus ponit super Corporale versùs cornu Evangelii. Tum eisdem reverentiis mutant loca Diaconus ad dexteram, & Subdiaconus ad sinistram Celebrantis. Interim Cæremoniarius, vel alius defert de Credentia ad Altare Calicem vacuum cum Patena, Palla, & parvo Velo pulchro, sine Purificatorio, quem tradit Diacono, qui eum discooperit, & ponit apertum ante Celebrantem. Celebrans verò, facta genuflexione unico genu, ponit in eo reverenter manu dextera supradictam Hostiam, ita ut facilè possit illam sequenti die extrahere absque manuum contactu. Deinde genuflectit, & dat locum Diacono, qui accedens, & genu-

nuflectens, Calicem prius Palla, tum Patena inverfa, denique parvo Velo extenfo, ut in principio Miffæ, cooperit. Poftèa illum propius ad Crucem Altaris ponit, & Pyxidem cum Particulis confecratis collocat in medio Corporalis pro Communione, eamque discooperit. Interim Communitas descendit à Choro, intrat Ecclefiam, & factis debitis reverentiis, fe fiftit, divifa in duos Choros, ita ut Seniores fint prope gradus Altaris, & Juniores ad Cancellos genuflexi. Mox duo ex Junioribus alteruter ex fuo Choro, Stolas Sacerdotibus diftribunt. Deinde Diaconus, poftquàm cooperuit Pyxidem, cum genuflexione ante, & poft, accedit ad latus Celebrantis, & omnes in linea recta genuflectunt. Tum furgentes Celebrans, & Subdiaconus fe retrahunt ad cornu Evangelii, ftantes verfùs cornu Epiftolæ; Diaconus verò ad cornu Epiftolæ ftans verfùs cornu Evangelii, ubi profunde inclinatus cantat fequenti modo Confeflionem.

Diaconus
canit:




C Onfi te or De o Omni po ténti,
Be á tæ Ma rí æ fem per Vírgi ni, Be á to Mi-
cha é li Archán ge lo, Be á to Jo ánni Ba pti-
ftæ,


H ii




stæ, Sanctis A pósto lis Pe tro, & Paulo, (Be á to Pa-




tri nostro E lí æ, & Be á tæ Te ré si æ Ma tri




nostræ) óm ni bus Sanctis, & ti bi, Pa ter, qui a pec-




cá vi nimis co gi ta ti ó ne, verbo, & ó pe re,



me a culpa, me a culpa, me a má xima culpa. I-



de o pre cor Be á tam Marí am semper Vírgi nem,




Be á tum Mi cha é lem Archán ge lum, Be á tum




Jo ánnem Baptí stam, San ctos A pósto los Petrum,


&




& Paulum, (Be á tum Patrem nostrum E lí am, &



Be á tam Te ré si am Matrem no stram) om nes



Sanctos, & te, Pa ter, o rá re pro me ad Dómi-



num De um no strum.

2 Finita Confessione, Celebrans dat Absolutionem de more, cui Diaconus respondet *Amen*. Deinde hic, & Subdiaconus (si sit Sacerdos cum Stola) genuflectunt supra, vel infra labium suppedanei, & primò communicant, Cæremoniaro Calicem eis ministrante. Tum Prælati solus (si non celebret) vel cum alio Prælato, si adsit. Deinde omnes Sacerdotes, & post eos Cæremoniarius, ac Sacrista. Postea Acolythy, & Thuriferarius; & post eos omnes Fratres, qui omnes ante infimum gradum genuflectunt duplici genu tam in accessu, quàm in recessu observantes, quod à Cæremoniali Ordinis præscribitur. Finita Communione, si aliquæ Particulæ supersint, tunc Sacrista, vel alius Sacerdos indutus Cotta, Stolâ, & Velo humerali, vel Pluviali albo, ac associatus à Thuriferario cum Thuribulo, & à quatuor, aut sex Fra-

Fratribus cum Candelis accensis Sacram Pyxidem portabit sub Umbellam ad Altare Communionis. Cum ad illud pervenerit, aperit Sacram Pyxidem, & cum debitis reverentiis extrahit de illo Sacram Pyxidem, in qua immittit Particulas, quæ superfuerunt, & super eas Sacram Hostiam. Deinde, prima Pyxide purificata, & reclusa in Sacram Pyxide, pergit cum secunda Pyxide, & cum eisdem focis ad Sacram Pyxidem alicujus Altaris interioris. Eodem tempore cantatur à Choro sequens Antiphona *Postcommunio*.

Communionio.

D




Ó-mi nus Je- sus, post quàm




cœ ná- vit cum Dis cí pu lis su- is, la- vit pe des



e ó- rum; & a- it il- lis: Sci- tis, quid



fé- ce rim vo- bis e go Dómi nus, & Ma- gí-



ster? Ex émplum de- di vo- bis, ut & vos

ita



i ta fa ci á- tis.

3 Interim accenduntur Intortitia, & supradicti duo Fratres recipiunt Stolas à Sacerdotibus, ut serventur, ac ipsi, vel alii duo ex Junioribus, Candelas accensas tradunt Communitati. Finita Missa, exeunt ex Sacristia alius Thuriferarius cum Thuribulo, & alius Subdiaconus Amictu, Albâ, & Dalmaticâ albi coloris indutus cum Cruce, quem duo Acolythy, facta prius genuflexione, excipiunt obviantes ei cum Cereis accensis ad ostium Claustrii. Tunc tendunt ad planum Presbyterii, ubi solus Thuriferarius genuflectit, & vadit ad Altare. Subdiaconus verò cum Acolythis tendit ad introitum Cancellorum, ubi se sistit versa facie ad Altare. Interim Celebrans cum Ministris, genuflexione facta unico genu, tendit ad Credentiam in cornu Epistolæ, ubi Ministri, depositis Manipulis, auferunt Celebranti Casulam, & Manipulum, ac illi imponunt Pluviale. Deinde per gradus laterales ipsius cornu Epistolæ (si Credentia adsit in Presbyterio superiori) descendunt ad planum, & per eum tendunt ante medium Altaris, ubi in eodem plano genuflectunt utroque genu cum profunda inclinatione. Postea surgunt, & ministrante Diacono cochleare sine osculis, Celebrans imponit incensum in Thuribulis sine Benedictione, ac in infimo gradu genuflexus cum Ministris, ipsius fimbrias Pluvialis elevantibus, ter thurificat SS. Sacramentum cum profunda reverentia ante, & post. Quo facto, Diaconus illi imponit Velum Humerale album, Subdiacono adjuvante. Postea surgunt, & Celebrans cum Subdiacono

af-

ascendit ad Suppedaneum, ubi in labio ipsius sistit genuflexus, vel in primo gradu, si aliter fieri non possit. Diaconus verò se collocat super suppedaneum, (ita ut terga non vertat Celebranti) ubi genuflectit, accipit Calicem, SS. Sacramentum continentem, eumque cum parvo Velo Vittâ albâ ligat supra nodum, ita ut Patena non moveatur. Deinde genuflectit, & surgens accipit reverenter Calicem manu dextera infra nodum, & sinistra pedem; & stans illum tradit Celebranti adhuc genuflexo, qui eum recipit sinistra manu per nodum, dexteram ponens super Patenam. Tum Diaconus manus Celebrantis cooperit Velo Humerali, & statim ante eum genuflectit adorans SS. Sacramentum, ac surgens se collocat ad ejus latus. Celebrans verò, accepto Calice, surgit, & ad Suppedaneum ascendit, ibique ad Populum se vertit. Interim Ministri mutant loca, ut Diaconus in Processione incedat à dextris, & Suddiaconus à sinistris Celebrantis hinc inde, & ambo sic assistentes fimbrias Pluvialis, & cum opus est, brachia ejus sublevantes.

4 Sed hic advertendum est, quod si Altare habeat duplicem ordinem graduum, Celebrans cum Ministris, finitâ Missâ, descendit per laterales gradus ad Credentiam in cornu Epistolæ Presbyterii superioris, & assumpto Pluviali tendit per eundem Presbyterium ante infimum gradum ipsius ordinis superioris, ubi omnia fiunt, ut suprâ. Item, si Altare non sit regulare, quia plures gradus habet, quàm tres, incluso suppedaneo; tunc assumpto Pluviali de Credentia posita in cornu Epistolæ Presbyterii superioris, tendit per eundem Presbyterium ante primum gradum, qui proximus est Suppedaneo, & in ipso genuflectit, ac reliqua fiunt, ut suprâ.

Dum

5 Dum hæc peraguntur, duo ex Junioribus de Choro deferunt ad medium Presbyterii inferioris Baldachinum albi coloris. Interim quatuor ex Dignioribus, seu antiquioribus de Choro (Præsides excepto) accedunt ad hastas, hoc ordine: Qui primus est in Dignitate, seu antiquitate accedit ad primam hastam à parte Evangelii, quæ respicit ad Cancellos; secundus verò ad aliam, quæ est à cornu Epistolæ; tertius autem ad hastam ex cornu Evangelii, quæ est prope gradus Altaris; & quartus accedit ad aliam ex cornu Epistolæ, ut sic in Processione tendant juxta ordinem suæ Dignitatis, vel antiquitatis, Dignioribus Celebranti præcedentibus. Si adsint aliquæ Nobiles Personæ, eas poterit Præsidens invitare ad hastas ferendas, qui omnes, dum accedunt, genuflectunt unico genu, postea stant, & iterum genuflectunt cum Celebrans sub Baldachinum intrat. Mox Cantores sequentem Hymnum initiant, & tunc Celebrans cum Ministris fimbrias Pluvialis elevantibus, Baldachino se supponit absque ulla thurificatione, prius à Thuriferario factâ. Deinde omnes surgunt Hymnum prosequentes, & bini, ac bini unico genu ante SS. Sacramentum genuflectunt, dum procedunt; quod etiam observant, quando in progressu ante eum transeunt, Acolythis, & Cruciferario exceptis. In Processione præcedit Cruciferarius inter Acolyths tendentes per latus Evangelii: Tum Communitas: Deinde Thuriferarii blandè Thuribula moventes: & ultimò Celebrans sub Baldachinum cum Ministris recitans Hymnos, vel aliquos Psalmos.

*Hym-
nus.* **P** Ange lín gua glo ri ó- si Cór-
po ris my sté ri um, San gui nís que pre ti ó- si,
Quem in Mun di pré ti um, Fructus ventris gene-
ró- si; Rex ef fú dit génti um. Nobis da tus, no bis
na- tus Ex in tá cta Vírgi ne, Et in mundo
con ver sá- tus, Spar so ver bi fé mi ne, Su i mo-
ras inco lá- tús Mi ro clau sit ór di ne. In sup ré mæ
no cte cœ- næ, Re- cú mbens cum frá tri bus, Obser-
vá-




vá ta Le ge ple nè Ci bis in Le gá li bus, Ci-



bum turbæ du o dé næ Se dat su is má ni bus.




Verbu n ca ro, panem ve- rum, Ver- bo carnem éff-




cit: Fitque Sanguis Chri sti me- rum: Et si sensus




dé fi cit; Ad fir mán dum cor sin cé- rum So la



Fi des súf fi cit. Tantum ergo Sacramén- tum Ve-



ne rémur cérnu i: Et antíquum do cumén- tum



No vo ce dat rí tu i: Præ stet Fi des supplemén-



tum sensu um de- fectu i. Ge ni to ri Ge ni-
 to- que, Laus & ju bi lá ti o, Sa lus, ho- nor,
 vir tus quo- que, Sit & be ne dí cti o: Pro ce-
 dénti ab u tró- que Com par sit lau- dá ti o.
 A- men.


Si, antequàm dicatur V. Tantum ergo, &c. non sit Processio finita, iterum dicitur V. Pange lingua, &c. quia V. Tantum ergo, &c. non dicitur usque ad Depositionem Calicis in Capsula.

6 Cum perventum fuerit ad Monumentum, Cruciferarius cum Acolythis se sistit juxta gradus Altaris à latere, à quo egrediendum est. Fratres verò ita se sistunt, ut juniores sint circa Crucem, & Seniores prope Cancellos, qui omnes genuflectunt facie ad faciem SS. Sacramento transeunti; & postea genuflexi manent versùs Al-
 ta-


tare, donec inde recedant. Cum autem Celebrans pervenerit ante infimum gradum Altaris, tunc Diaconus genuflexus in plano accipit Calicem à Celebrante, & surgens se vertit ad illum jam genuflexum cum Subdiacono in eodem plano, ut cum profunda reverentia eum adoret. Mox tendit ad Thronum comitatus à duobus, vel quatuor Religiosis, Cæreos accensos portantibus, & à Cæremoniaro, ac Thuriferariis, ubi in Capsula Calicem deponit (si commodè fieri potest, aliàs hoc fiet à Sacrista Cottâ, & Stolâ albâ indutus) sed non clauditur ostium Capsulæ. Subdiaconus verò post adorationem auferit Celebranti Velum Humerale, Cæremoniaro (si opus sit) adjuvante, & surgens cum Celebrante uterque se collocat genuflexum in infimo gradu. Interim duo ex junioribus Fratribus amovent Baldachinum ad pristinum locum. Cantores autem, deposito jam Calice in Capsula, incipiunt *Ÿ. Tantum ergo*, &c. Diaconus verò in regressu genuflectit unico genu in Suppedaneo sine inclinatione, & descendens se collocat genuflexum ad dextrum latus Celebrantis. Dum incipitur *Ÿ. Genitori*, &c. Surgit Celebrans cum Ministris imponit incensum in primo Thuribulo sine Benedictione, & in ipso infimo gradu genuflexus ter thurificat SS. Sacramentum cum profunda reverentia ante, & post. Quo factò, Sacrista (si Diaconus commodè non potest) claudet ostium Capsulæ, & clavem tradit Celebranti (si adhuc adsit) aliàs eam fervet. Deinde Celebrans post brevem Orationem surgit cum Ministris, & etiam Fratres, qui omnes, extinctis Candelis, factâque genuflexione utroque genu, revertuntur in Ante-Sacristiam sub silentio. Postea Celebrans, & Ministri deponunt in Sacristia alba Paramenta, Diaconus illi ministrat

trat Stolum violaceam tantum, & similiter sumit Stolum ejusdem coloris. Interim Communitas ascendit in Chorum ad Vesperas recitandas.


7 Recitatis Vesperis, tam à Celebrante cum Ministris, quàm à Choro, procedit Celebrans ad Ecclesiam hoc ordine. Præcedit Thuriferarius sine Thuribulo, tum Acolythy absque Cereis, postea Cæremoniarius, deinde Subdiaconus, Diaconus, & ultimò Celebrans, omnes induti, ut suprà, & sine Manipulis, manibus junctis ante pectus. Cum verò ante SS. Sacramentum pervenerint, omnes in linea recta utroque genu genuflectunt. Tum surgentes procedunt ad denudationem Altarium à cornu Evangelii, & primò à Laterali, ubi omnes iterum genuflectunt unico genu præter Celebrantem, qui tantum Cruci profundè se inclinat. Tunc Celebrans incipit sine cantu sequentem Antiphonam, quam cum Ministris prosequitur usque in finem. Deinde ascendit, & denudat Altare, simul recitans cum Ministris sequentem Psalmum, quod etiam observetur in denudatione aliorum Altarium, in qua ita distribuatur Psalmus, quod in ultimo Altari cornu Epistolæ finiatur cum repetitione ipsius Antiphonæ. Sed notandum est, quòd talis Antiphona initiata à Celebrante in primo Altari communiter ab aliis Ecclesiis cum suo Psalmo etiam à Choro cum devota pausa prosequitur. Si verò hoc Prælato magis placeat, tunc Celebrans, dum in Choro dicitur Oratio *Respice*, &c. pervenire debet ad primum Altare, ut sine mora post Orationem initiet prædictam Antiphonam, quâ post Psalmum repetitâ, eodem ordine regrediuntur in Sacristiam.

*Anti-
phona.***D**

I vi sérunt si bi ve sti mén ta me a,



& su per ve- stem me- am mi- fé- runt for tem.



e. u. o. u. a. e.

Psalms 21.

DEus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? * longe à salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies: * & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, * Laus Israel.

In te speraverunt Patres nostri: * speraverunt, & liberasti eos.

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: * in te speraverunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo: * opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me, * locuti sunt labiis, & moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: * salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: * spes mea ab ubéribus matris meæ: in te projectus sum ex útero.

De ventre matris meæ Dens meus es tu, * ne discesseris à me.

Quoniam tribulatio próxi-

xima est : * quóniam non est, qui ádjuvet.

Circumdedérunt me virtuli multi : * tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum , * sicut leo rápiens, & rúgiens.

Sicut aqua effúsus sum : * & dispérfa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquàm cera liquéscens * in médio ventris mei.

Aruit tamquàm testa virtus mea, & língua mea adhæsit fáucibus meis : * & in púlverem mortis deduxísti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi : * concílium malignántium obsédit me.

Foderunt manus meas, & pedes meos : * dinumeravérunt ómnia ossa mea.

Ipsi verò consideravérunt, & inspexérunt me : * diviserunt sibi vestiménta mea, & super vestem meam miserunt fortem.

Tu autem, Dómine, ne

elongáveris auxiliú tuum à me : * ad defensionem meam cónspice.

Erue à frámea , Deus, ánimam meam : * & de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis : * & à córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo Nomen tuum frátribus meis : * in médio Ecclésiæ laudábo te.

Qui timétis Dóminum, laudáte eum : * univérsum semen Jacob glorificáte eum.

Tímeat eum omne semen Israel : * quóniam non sprévit, neque despéxit deprecationem páuperis.

Nec avértit fáciem suam à me : * & cum clamárem ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mea in Ecclésia magna : * vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

Edent páuperes, & saturabúntur : & laudábunt Dóminum, qui requírent eum : * vivent corda eórum in sæculum sæculi.

Re-

Reminiscéntur, & converténtur ad Dóminum * univérſi fines terræ: ræ: * in conspéctu ejus cadent omnes, qui descéndunt in terram.

Et adorábunt in conspéctu ejus * univérſæ famíliæ géntium. Et ánima mea illi vivet: * & semen meum sérviet ipsi.

Quóniam Dómini est regnum: * & ipse dominábitur géntium. Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: * & annuntiábunt Cœli justítiam

Manducavérunt, & adoravérunt omnes pingues terræ ejus pópulo, qui nascétur, quem fecit Dóminus.

Repetitur Antiphona Divisérunt, &c.

§. VIII.

De Mandato Ferie Quintæ in Cæna Domini.

H Ora competenti Fratres ad Officium *Mandati*, Tabularum pulsatione vocati in Sacristiam, (si in ea faciendum sit) aliàs in Claustrum conveniant. Celebrans super Albam Stola, & Pluviali violaceo induitur. Diaconus verò, & Subdiaconus induunt super Albas Manipulos, & Dalmaticas albi coloris, & Diaconus etiam Stola. Mox Celebrans (si lotio pedum extra Sacristiam fiat) imponit incensum, & benedicit de more. Deinde tendunt ad locum destinatum, qui convenientiùs esse debet aliqua Capella, seu Domus intra Claustra, vel Ecclesiam extra Altare Monumenti, quia ante ipsum tantum fiet lotio pedum, quando alius locus non detur. Procedit primò Communitas per ordinem. Tum Thuriferarius Thuribulo fumigante; deinde Acolythy Cereis ac-

censis. Postea Cæremoniarius, & ultimo loco Celebrans inter Ministros, manibus junctis ante pectus. Cum per-ventum fuerit ad destinatum locum, (in quo debet esse Altare Pallio albi coloris ornato cum Cruce inter quatuor Cereos accensos) Communitas dividitur in duos Choros intra, vel extra ipsum locum, & semper stat in hac Functione, exceptis his, qui lavandi sunt. Tredecim verò Religiosi destinati se collocant in Scanno oblongo, panno viridi, vel alterius coloris, non rubei, cooperto, & posito à cornu Evangelii, ita ut antiquiores ex illis sint prope Altare. Cum autem Celebrans ante istud per- venerit, profundè se inclinat Cruci, Ministris genufle- ctentibus. Deinde ascendunt ad Altare, quod Celebrans osculatur, stante Subdiacono à sinistris. Diaconus accipit Librum à Cæremoniaro, seu ab alio, illumque ponit in medio Altaris; ministrat Naviculam cum osculis, & Celebrans ponit incensum, quod benedicit de more, Subdiacono à dextris fimbriam Pluvialis elevante. Tunc Diaconus genuflectit, dicit: *Munda cor meum, &c.* & accipiens Librum petit Benedictionem, quam recipit cum osculo manûs. Deinde tendit ad latus Evangelii cum Subdiacono, Cæremoniaro, Acolythis, Cereis accensis; & Thuriferario, ubi in Legile cantat Evangelium: *Ante diem festum Paschæ, &c.* Signando Textum, & se ipsum, ac incensando; Celebrante in cornu Epistolæ stan- te, ut in Missa. Cantato Evangelio, Subdiaconus Li- brum portat Celebranti ad osculandum; Diaconus cum incensat de more, & Acolythis deponunt Candelabra. Si ob defectum loci fiat Lotio pedum ante Monumentum, tunc ab omnibus observentur debitæ reverentiæ SS. Sa- cramento; & non osculatur Celebrantis manûs, nisi à
Dia-

Diacono petenti Benedictionem ad Evangelium, & à Prædicatore ad prædicandum.

2 Postea Celebrans descendit ad planum Presbyterii, & tendit ad Credentiam in cornu Epistolæ, factis debitis reverentiis, ubi à Ministris, qui prius Manipulos deponunt, exiitur Pluviali, & magno Linteo præcingitur. Deinde eisdem reverentiis tendit inter Ministros ad latus Evangelii, ubi ante primum antiquiorem, jam cum cæteris sedentem genuflectitur, illiusque lavat, extergit, & osculatur, non formando Crucem, dextrum pedem, quem Subdiaconus à sinistris etiam genuflexus tenet, Acolythis Pelvim, & aquam ministrantibus, ac Diacono à dextris pariter genuflexo, Linteum, quo Celebrans præcinctus est, aut aliud præbente; quod etiam cum cæteris observatur. Verùm, si ob angustiam loci sint Religiosi in duplici Scamno, tunc post Lotionem septimi à parte dextera, procedit Celebrans ad Lotionem antiquioris lavandi à cornu sinistro. Ubi verò numerus Religiosorum ita diminutus fuerit, quod non remaneant alii præter tredecim, tunc omnes sedeant in duplici Scamno, & lavandi sunt, licet sint pauciores. Cum autem incipitur Lotio, à Cantoribus incipiuntur cum cantu sequentia, quæ totus Chorus profequitur, usque dum Celebrans dicturus est *Pater Noster*, &c. seu dum pedum Lotio perduraverit.

2. Cant.

Añã.

M




An dá tum no vum de vo bis.

K ii


Chor.




Chor. Ut di li gá tis ín vi cem, sic ut di lé xi vos:



di cit Dómi nus. *Psal.* Be á- ti immacu lá-




ti in vi- a: *Chor.* Qui ámbu lant in Le ge Dó mi-



Et repet. 2. Cant. Aña Mandátum, &c. & Chor. Ut diligátis, &c. usque ad Psalmum.

ni.

2. Cant. Aña.




Ostquam sur ré xit Dó mi nus.



Chor. Á cœ- na, mi- fit a- quam in pel-



vim, & cœ- pit la vá- re pe- des Dis ci- pu-



ló- rum su- ó rum: hoc ex- émplum re- lí quit


eis.



e- is. *Psal.* Magnus Dómi nus, & laudá-



bi lis nimis. *Chor.* In ci- vi tá te De i nostri,




in monte sancto e jus.

*Et repet. 2. Cant. Añã Postquàm,
&c. & Chor. A' cœna, &c. us-
que ad Psalmum.*


*2. Cant.
Añã.*

D

Ó- mi nus Je- sus. *Chor.* Postquàm




cœ ná- vit cum Discí pu lis su is, la vit




pe- des e ó- rum, & a- it il- lis: Sci- tis,




quid fé- ce rim vo- bis e- go Dó-




mi nus, & Ma- gí- ster? Ex- ém- plum de- di



Et repet. 2. Cant. Añã Dóminus, &c. & Chor. Post-quàm, &c. usque ad Psalmum.




mó-




mónem Pe trum, *Chor.* Et di xit e i Petrus.

Et repet. 2. Cant. Añã Dómine, &c. & Chor. Tu mihi, &c. usque ad Y.




Y. Quod e go fá ci o, tu nes cis mo dò: *Chor.* Sci-




es autem pó ste à.




2. Cant. Añã. **S** I e go Dómi nus, *Chor.* Et Ma gí ster



ve- ster la- vi vo- bis pe des, quan- tò




ma- gis de bé- tis al- ter al- té ri us la-




vá- re pe des? *Psalm.* Au dí- te hęc om nes


gen-



gentes: *Chor.* Au-ri bus per cí pi te, qui ha bi tá-




tis orbem.




IN hoc cognóscant omnes, *Chor.* Quia Dif-



cí pu li me i e stis, si di le cti ó-nem ha bu é-



ri tis ad ín vi cem. *Ÿ.* Di- xit Je- sus



Chor. Dif- cí pu lis su- is.




MA- ne ant in vo- bis *Chor.* Fi- des,




Spes, Chá- ri tas, tri a hęc: ma ior autem ho-


rum



rum est Chá ri tas. *ŷ.* Nunc au-tem *Chor.* Ma-




nent fi des, Spes, Chá ri tas, tri- a hæc: ma ior au-tem



ho- rum est Chá ri tas.




E ne dí- cta sit Sancta Trí- ni tas,




Chor. Atque in di ví- fa U ni tas: con fi-



té- bi mur e- omni, qui a fe- cit no bis cum mi-




fe ri cór- di am fu am. *ŷ.* Be ne di cámus




Pa trem, & Fí li um, *Chor.* Cum Sancto Spí ri tu.




Psalm. Quam di lé cta ta berná cu la tu a, Dómi-




ne, vir tútum! *Chor.* Concupís cit, & dé fi cit á ni ma




me a in á tri a Dómi ni. *Et repet. 2. Cant. Aña Be-
nedícta, & Chor. Atque,
Et c. usque ad y.*



2. Cant. Aña. U Bi Chá- ri tas, *Chor.* Et a-




2. Cant. mor, De us i- bi est. y. Congre gá- vit



nos *Chor.* In u- num Chri sti amor. y. id - Ex-



ul té- mus, *Chor.* Et in ip- so ju cundémur.




y. Time á- mus, *Chor.* Et a mé- mus De um

Et c.

Et c.



vi vum. *Ÿ.* Et ex cor- de *Chor.* Di li gá-



mus nos sin- cé- ro. *Añã.* U- bi Chá- ri-




tas *Chor.* Et a- mor, De us i- bi est.




Ÿ. Simul er- go *Chor.* Cum in u- num con-




gre gámur. *Ÿ.* Ne nos men- te. *Chor.* Di vi-




dá- mur, ca ve á mus. *Ÿ.* Cef sent jú- gi a



Ma lí- gna ; cessent li tes. *Ÿ.* Et in




mé- di o no- stri *Chor.* Sit Chri- stus De- us.




Añã. U-bi Chá-ri tas, *Chor.* Et a-mor, De us



i- bi est. *Y.* Si- mul *Chor.* Quoque cum



be- á- tis vi de á mus. *Y.* Glo ri án- ter




Chor. Vultum tu- um, Chri ste De us. *Y.* Gáu-



di um, *Chor.* Quod est immén- sum, atque probum.



Y. Sæ- cu la *Chor.* Per in fi ní- ta sæ- cu-



ló- rum. A- men.

3 Post Lotionem, factis debitis reverentiis Altari, tendit Celebrans inter Ministros ad cornu Epistolæ, ubi lavat, fricat, & extergit manus, ut dicitur in Benedictione Candelarum pag. 18. num. 4. Deinde à Ministris

ex-

exuitur Linteo, quo erat præcinctus, & induitur Pluviali. Postea sumunt suos Manipulos, & Acolythi Candela-
bra. Deinde hinc, & inde accedunt omnes cum Celebrante ante medium Altaris, ubi, factis debitis reverentiis, ipse Celebrans stans cantat Sequentia, Ministris Librum tenentibus.

Pater noster. Réliqua secretò.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Ÿ. Tu mandásti Mandáta tua, Dómine.

℞. Custodíri nimis.

Ÿ. Tu lavásti pedes Discipulórum tuórum.

℞. Opera mánuum tuárum ne despicias.

Ÿ. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

A Désto, Dómine, quæsumus, officio servitútis nostræ; & quia tu Discípulis tuis pedes laváre dignátus es, ne despicias ópera mánuum tuárum, quæ nobis retinénda mandásti; ut sicut híc nobis, & à nobis exterioróra abluúntur inquinaménta, sic à te ómnium nostrum interioróra lavéntur peccáta: quod ipse præstáre dignéris. Qui vivis, & regnas Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

4 Finitâ Oratione, si Concio ad Populum habenda sit, Concionator (nisi fuerit ipse Celebrans) à Cæremoniario conductus Benedictionem postulat, & accipit à Celebrante cum osculo manús, ut in Missâ. Deinde omnes revertuntur in ante Sacristiam in silentio eo ordine, quo

venerant. Postea Fratres in Chorum tendunt, nisi Præ-
latus aliud statuerit ob defectum concursus Populi; quia
tunc manent in Ecclesia.

§. IX.

De Officio Ferie Sextæ in Parasceve.

HAc die Celebrans, & Ministri se induunt ni-
gris Paramentis. Celebrans Manipulum, Sto-
lam, & Casulam sumit. Ministri verò Manipulos, &
Planetas plicatas, & Diaconus Stulam. Finitâ Nonâ,
egrediuntur in Ecclesiam, unus post alium, manibus jun-
ctis ante pectus, præeuntibus Thuriferario sine Thuri-
bulo, Acolythis sine Cereis, ac Cæremoniario. Cum per-
venerint ad Monumentum omnes duplici genu genufle-
ctunt. Deinde tendunt ad Altare, ubi faciendum est Of-
ficium, & ante infimum gradum illius se prosternunt per
spatium unius Psalmi *Miserere*, manendo in linea recta.
Tunc Fratres in Choro erunt in suis locis genuflexi, &
profundè inclinati, quod etiam observent omnes, qui as-
sistunt in Ecclesia. Post brevem Orationem surgunt Aco-
lythi, & unus sumit Tobaleam de Credentia, quam cum
focio super Altare extendit, ita ut parum hinc inde pen-
deat, facta Cruci genuflexione ante, & post. Deinde
posito ab Acolytho Missali super Altare, ipse admonet
voce submissa, vel aliquo signo Celebrantem, qui statim
surgit, & omnes alii cum eo. Tum Celebrans cum Mi-
nistris ascendit ad Altare, & osculato illo in medio, Mi-
nistris genuflectentibus, accedit ad cornu Epistolæ, ubi
se sistunt, ut in Introitu Missæ. Postea Lector destinatus
Rocchetto indutus, vel in ejus defectu Thuriferarius,
aut Acolythus (qui si possibile sit gradum Lectoris ha-
be-

beant) sumit Librum de Credentia, & facta Cruci genuflexione ante medium Altaris, tendit ad Lectorile, quod hodie nudum esse debet, & cantat Prophetiam. Quâ finitâ, iterum genuflectit; ponitque Librum in Credentia. Tum cantatur à Choro Tractus: *Domine, audi vi*, &c. Postea Celebrans cantat *Oremus*. Diaconus *Fletamur genua*; Subdiaconus *Levate*, eodem tono, quo §. IV. num. 5. pag. 19. & Celebrans Orationem. Interim Subdiaconus, facta genuflexione Cruci ante medium Altaris, exiit Planetam in Credentia, accipit Librum, & iterum genuflectens Cruci vadit ad Lectorile, ubi cantat Lectionem.


2 Postquam Subdiaconus Lectionem cantaverit, iterum ante medium Altaris genuflectit, & absque osculo manûs tendit ad Credentiam, ubi deposito Libro, reasumit Planetam, & recedit ad suum locum, nisi ob defectum Cantorum faciat in Passione personam Turbarum, quia tunc solùm eam assumit ad partem, quæ pro Evangelio cantatur, ut dicitur in Dominica Palmarum §. VI. num. 11. pag. 54. Circa finem *Tractûs*, ingrediuntur Ecclesiam tres Diaconi, Cantores Passionis, eisdem Paramentis induti, ut in Dominica Palmarum, sed coloris nigri, qui etiam observare debent omne, quod eis ibi præscribitur num. 10. Cantata Passione, Diaconus Missæ, ut etiam ibi dicitur, facta Cruci genuflexione ante medium Altaris, deponit Planetam in Credentia, assumit latiore Stulam (quam non dimittet usque ad finem Officii) & genuflexus in medio labii suppedanei dicit: *Munda cor meum*, & absque Benedictione tendit cum Subdiacono, præcedentibus Acolythis sine Cereis, nec Thuribulo, & Cæremoniario ad Lectorile, ubi cantat par-

partem, quæ loco Evangelii dicitur, non signando Librum. Celebrans non osculatur Librum, nec à Diacono incensatur in fine Evangelii. Quo finito, Subdiaconus tradit Librum Acolytho; & cum Diacono, factis debitis reverentiis, accedit ad Celebrantem. Si hodie ad Populum Concio habeatur, Celebrans cum Ministris à sinistris in linea recta versùs latus Evangelii Concionatorem expectat, donec transeat, qui nec ab Episcopo præsentem petit hodie Benedictionem, sed tantùm ante Altare aliquantulum orat. Si autem Concio non habeatur, tum Ministri accedentes ad Celebrantem stant post ipsius terga unus post alium ad Orationes, ut in Missa. Celebrans verò manibus junctis cantat *Oremus*, & primam *Monitionem*; postea eas extendit, & jungit, atque caput Crucis inclinat, dum iterum dicit: *Oremus*, manus etiam extendens ad Orationem, & sic de cæteris, ut in Missali. Sed in *Monitione* pro Imperatore dicit: *Et pro Fidelissimo Rege nostro N.* & in Oratione etiam dicitur: *Respice ad Lusitanum benignus Imperium.*


De Adoratione Sanctissimæ Crucis.

3 Expletis Orationibus, descendunt Fratres de Choro, & processionaliter intrant in Ecclesiam, ubi, factis debitis reverentiis, stant hinc, & inde per ordinem, ita ut juniores sint prope cancellos. Interim Acolythi extendunt Tapetem, seu Pannum violaceum ante gradus Altaris per planum Presbyterii, ita ut pars superior ipsius sit super duos infimos gradus. Deinde super infimum gradum (si commodè fieri potest, aliàs juxta illum) ponunt Pulvinar violaceum, & super eum Velum album, serico violaceo intextum, seu Mappam sericam, quæ à
Pul-


Pulvinari extensa sit per Pannum. Postea Celebrans tendit ad Credentiam, ubi, adjuvantibus Ministris, deponit Manipulum, & Casulam, qui etiam prius suos Manipulos deponunt, & Subdiaconus Planetam. Deinde accedit ad cornu Epistolæ, ubi in posteriori parte anguli Altaris se vertit ad Populum cum Subdiacono à sinistris. Mox Diaconus Cruci genuflectit ante medium Suppedanei unico genu, quam Sacrista, vel Cæremoniarius, facta prius genuflexione, de eodem Altari reverenter desumit, & sine osculis Diacono tradit. Diaconus eam portat cum summa reverentia ad Celebrantem, conversa facie ad se ipsum, cui stanti etiam sine osculis tradit. Deinde Diaconus se sistit ad latus dexterum Celebrantis stans cum Subdiacono, versa quasi facie ad Crucem. Tum Celebrans manu dextera à summitate eam discooperit, ita ut caput Crucifixi non videatur, Ministris (si opus sit) adjuvantibus. Interim Thuriferarius accedit ad Celebrantem cum Libro, quem tenet, donec ipse solus intonet sequentem Antiphonam, quod faciet voce gravi, & aliquantulum demissâ, ut secundo, & tertio altiùs cantare possit citra indecentiam. Tum Celebrans Crucem ambabus manibus tenens elevatam usque ad oculos dicit:

Sacerdos. **E**  C ce li- gnum Cru- cis.

Quam prosequitur cum duobus Cantoribus, qui prope Altare esse debent à cornu Epistolæ, vel in eorum defectu, cum Sacris Ministris.




Cant. In quo Sa- lus Mun- di pe pén-



dit.

Chorus verò similiter cum cantu respondet:



Chor. Ve- ní- te, a- do- ré- mus.

4 Dum autem hæc verba à Choro initiantur, omnes genuflectunt, excepto Celebrante; & postquam finiuntur, se prosternunt, sed mox ita prorsus surgunt, ut stantes paulisper maneant. Deinde Celebrans procedit ad anteriorem partem anguli ejusdem cornu Epistolæ, in qua dicitur Introitus Missæ, ubi stans eodem modo inter Ministros, & discooperiens Brachium dextrum, & caput Crucifixi, elevansque Crucem paulisper altiùs, quàm priùs, cantat altiùs voce eadem verba, ac reliqua sunt, ut suprà. Tandem accedit ad medium Altaris, & detegens totam Crucem, tradit Velum Subdiacono, & hic Acolytho; ac altiùs Crucem elevans, quàm secundo, etiam altiùs cantat: *Ecce lignum Crucis*, aliis cantantibus, & genuflectentibus, ut suprà. Sed post hanc tertiam prostrationem non omnino surgunt, sed omnes genuflexi manent. Postea Celebrans solus sine Ministris portat Crucem ad præparatum locum, quàm super Pulvinum genuflexus collocat, eamque (si opus sit) vittis firmat,

Cæremoniario adjuvante. Deinde surgens Cruci unico genu genuflectit, & tendit ad Scamnum, in cornu Epistolæ positum. Interim omnes Cruces, etiam Processionalis, deteguntur. Dum verò Celebrans surgit, omnes surgunt, etiam Ministri, qui mox, facta Cruci genuflexione unico genu, tendunt ad Scamnum, in quo cum Celebrante sedebunt. Statim Celebrans deponit calceamenta, Thuriferario adjuvante, & idem faciunt Ministri ab Acolythis adjuti. Tum surgentes, solus Celebrans, manibus junctis ante pectus, protendit ad Adorationem Crucis, quam trina genuflexione perficere debet, ita ut inter primam, & alias æqualis distantia intercedat. In quolibet distantia genuflectat duplici genu, paululum orando, vel secretò dicendo: *Adoramus te Christe, & benedicimus tibi; quia per Crucem tuam redemisti Mundum;* & in tertia genuflexione, quæ prope Crucem fieri debet, osculabitur tantum pedes Crucifixi. Atsi in Cruce sit Reliquia ligni Crucis, hæc erit osculanda. Postea surgit, & facta ibi Cruci genuflexione unico genu, redit ad Scamnum. Sed advertendum est, quòd si Adoratio Crucis fiat ante Monumentum, tunc tam antea, quàm postea fieri debet SS. Sacramento genuflexio duplici genu. Cum autem Celebrans accedit ad Scamnum, accipit à Ministris Manipulum, & Casulam, & à Thuriferario calceamenta, ac sedet. Postea Ministri ad Adorationem procedunt eodem modo, quo Celebrans, simul gradientes, & uniformiter genuflectentes, ac in tertia Adoratione Cruci osculum figentes, sed priùs Diaconus à dextris, quàm Subdiaconus. Cum venerint ad Celebrantem, se illi inclinant, & sumunt ab Acolythis calceamenta, & Manipula; at Subdiaconus Planetam, & ambo cum eo

fedent. Deinde cum ipso recitant *Improperia*, ipsis Librum tenentibus, nisi hunc aliquis Acolythus ante Celebrantem genuflexus sustineat, vel ipsi Celebranti placeat ea in ipsomet Altari recitare. Cum autem Celebrans incipit Adorationem, etiam Cantores primi Chori incipiunt cum cantu *Improperia*, quæ prosequuntur usque ad finem Adorationis. Post Sacros Ministros procedit Communitas incipiendo à Dignioribus. Post Sacerdotes tendunt Cæremoniarius, & Sacrista; ac post eos Acolythi cum Thuriferario, & ultimò reliqui Fratres, qui omnes bini, & bini observent sine confusione in accessu, & recessu, eadem, quæ Celebrans, & Ministri. Sed advertendum est, quòd si adsint Prælati Superiores nostræ Congregationis, seu Provinciæ, vel etiam Prior illius Conventûs, non verò alterius, tunc omnes isti bini, & bini (vel unus, si solus adsit) ante Ministros Crucem adorabunt, quod etiam faciet Episcopus extra suam Diœcesim. Episcopus verò Diœcesanus Crucem ante Celebrantem adorat. Rex autem, Princeps, Gubernator principalis Regni, seu Provinciæ, vel nobilissima aliqua Persona, cui ante Canonicos præberi solet Candela, vel Palma, hodie post Sacerdotes, vel etiam post Communitatem solent procedere ad Adorationem, quia est actus humilitatis, in quo Laici debent Clericis deferre. Reliquæ verò Personæ, licet nobiliores, post Communitatem tendere debent. *Improperia* autem sequenti ordine cantanda sunt.

Duo Cantores de primo Choro (id est, ex parte Hebdomadæ) in medio Chori cantant *Ÿ. Pópule meus, usque ad Agios, o Theos exclusivè.*

ŷ. **P** O-pu le me- us, quid fe- ciuti-

bi? aut in quo con- tris- ta- vi- te?

Res- pón- de mi- hi. ŷ. Qui- a e- dú- xi

te de ter- ra Æ- gy- pti, pa- rá-

sti cru- cem Sal- va- tó- ri tu- o.

1. Chor. A- gi- os- si- o The- os. 2. Chor. San- ctus

De- us.

1. Chor. A- gi- os- si- o I- schy- ros. 2. Chor. San-

ctus